

A. Oī βαρβαρι δ' αιδρας ηγινται υμους... Petantur etiam ex loco de Gula, pleraque.

Intentio.

DEFINITIO ET ETHIMOLOGIA.

Intentio, proprie idem est, quod extensio, sive vehemens intentio: at in actionibus animi, prout de ea hic loquimur, nihil est aliud quam finis sive scopus, ad quem animus dirigitur, sive id quod agens sibi proponit.

EIUS VIS ET NECESSITAS.

Circumstantia intentionis, in quovis opere valde ponderanda est, ut a qua & specie, & nomen, & bonitatem fortiar. Ideo enim Christus monet, attendamus, ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus, ut ab illis videamur. Matth. cap. 6. Et de ea Interpretes facti exponunt illud Eccl. 2. Oculi sapientis in capite ipsius. Item illud, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Luc. 11. Neque quidquam est, cui magis infidetur Demon, quam recte intentioni; novit enim pretium illius, & valorem.

Pet bone intentionis radium merita illustrantur actionis, ait Greg. 26. moral. cap. 6.

Et Richard. Victor. lib. 1. de statu inter hom. cap. 7. Quod corpus est sine vita, hoc est opus sine intentione bona.

August. in Psal. 31. Neque valde attendas, quid homo faciat, sed quid aspiciat, cum faciat.

Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia, quomodo feceris, non quomodo evenierit, tibi imputabitur. Aug. in Matth.

Si semel cor intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas & terminus ab hoste callido securè possidetur, quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspiciat, quam veneni dente in radice vulneravit. Summa cura vigilandum est, ne vel bonis operibus serviens, mens reproba intentione polluat. Greg. in mor.

Humane aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant; divina vero iudicia foris audiuntur, qualia ex intimis profertur. Lib. 3. mor.

DEUS INTENTIONEM RESPICIT.

Cum Moyes describit oblationem Deo factam a Cain, & Abel, causam insinuat, cur illius pre isto grata eidem fuerit, dicens, Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain vero & ad munera eius non respexit. Causa enim posterioris est in priori. Ideo Deo plauerunt munera Abel, quia ipse Abel, qui recta intentione offerbat ea, hinc optima adterebat, ut anorem, & reverentiam erga Deum declararet, placebat. Non ita munera Cain viliora. Genes. cap. 4.

Impius Rex Achab, qui venundatus erat, ut faceret malum, ab Elia monitus, operuit cilicio carnem, jejunavit & flevit, factusque est sermo Domini ad Eliam: Quia humiliatur Achab mei causa (en intentionem qua eum excitavit) non inducam malum, &c. 3. Reg. 21.

Videbat Christus Viduam misentem duo minuta in gazophylacium, & dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Luc. 21. Super quo Hilarius: In hoc superius Magister nos erudit, quanti bonam intentionem æstimat, &c.

INTENTIO VARIAT OPUS.

Occidit Cain Abel fratrem suum: David, Goliath: Joab, Abner & Amasai: Herodes Antipas Joannem Baptistam: Agrippa Jacobum: Petrus autem solo verbo Ananiam, & Saphiram: sed considera varias intentiones & causas. Gen. 4. 1. Reg. 17. 2. Reg. 3. & 20. Matth. 14. Act. 12.

ABRAHAM fuit in promissione filii nasciturus. Sara quoque risit, sed risus Abrahæ fuit commendatus, Saræ verò reprehensus.

Dixit Pharaon, peccavi, &c. Exod. 9. Dixit Saul, peccavi. 1. Reg. 26. Dixit David, peccavi, &c. 2. Reg. 12. Hoc ipsum dixit Manasses, 2. Paral. ultim. Dixit Judas etiam se peccasse, Matth. 27. Sed affectiones, & intentiones cordium valde diversæ fuerunt.

Similia verè verba dixit Moyses in Raphidi, quando petit populum aquam ad bibendum. Exod. 17. Et ad aquas contradictionis. Num. 20. Sed prima vice non hæsitavit in corde. Secunda verò, sicut patet ex pœna, qua sequuta fuit, dubitasse videtur. Num. 20.

Filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus ædificaverunt altare E. Josue 22. sed longè alia intentione, quam crederent alii filii Israel. Commendavit Dominus multum bonam voluntatem David, quam habuit de ædificatione templi, licet noluerit templum per eum ædificari. 2. Reg. 7.

Misit David pro Uria, qui erat in exercitu, non ut ille quiesceret, sed ipse peccatum, quod cum uxore commiserat, occideret. 2. Reg. 11.

Omnia se Judith valde curiosè, sed omnia illa compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, scilicet ad liberandum populum Dei de manibus pessimi inimici. Judic. 10.

Quod Mardocheus Aman volebat adorare, vel coram eo genua flectere, non faciebat pro inobedientia, vel contemptu, sed quia divinum honorem nolebat homini mortali deferre; sicut testatur Josephus. Esth. 3.

Dixit Herodes Magis, ut cum puerum invenissent, renuntiarent ei, ut ipse adoraret eum: sed valde aliud intendebat, & aliud prætendebat. Matth. 2.

Eleemosynam dare, & jejunare præcipit Dominus non propter homines facti, ne contingant tam bona opera prava intentione corrumpi. Ibid. cap. 6.

Prohibuit Dominus duobus cæcis illuminatis ab eo, ne quis hoc sciret, & tamen sequitur: Illi diffamaverunt eum in tota terra illa; nec tamen illi arguuntur transgressionis. Ibid. 9.

Signanter addit Dominus finem, & intentionem, quam quique debet habere bona faciendo, vel mala patiendo: Beati critis cum maledixerint vobis homines, &c. propter me, vel propter nomen meum. Item, Quicunque potum dederit aquæ, &c. Qui reliquerit domum, &c. Matth. 19. 10. & 5.

Quidam sequebantur Dominum, ut eum nequirer observarent. Aliqui, ut de panibus eius manducarent. Alii, ut ipse vel eorum amici à languoribus sanarentur. Alii verò, ut æternaliter salvarentur. Luc. 8. 14. 15. & 18. Ioan. 6.

HERODES multo tempore cupiebat videre Jesum, sed non causa pietatis, sed quia sperabat signum aliquod ab eo fieri, & ideo nil profuit ei videre Jesum. Luc. 23.

INTENTIONIS RECTÆ VALOR.

Quantum in opere bono valorem habeat intentionis recte consideratio, ex subiecta tabula non obscure elicitur. Continet enim negotiationem quandam spirituales, qua homo exiguo labore innumeratas utilitates operando consequitur.

Quæ quidem negotio in eo consistit, ut dum aliquid mihi agendum, vel patiendum occurrit, eliciam plures bonas intentiones, sive proponam mihi varios fines, aut rationes, ob quas idem agere, vel pati velim. Eadem efficit, ut uno opere Decem, vel pluribus intentionibus instructo, tantum satisfacere, impetrare, mereri possim, quantum eodem illo Decem vel pluries repetito. Igitur dum aliquis inchoas, die v. c. in animo tuo.

- 1. Ut honorem, & sanctificem Deum.
2. Ut merear regnum celorum.
3. Ut faciam voluntatem Dei.
4. Ut impetrem quotidiana corporis & animæ bona.
5. Ut dimittantur mea debita, sive peccata.
6. Ut non incidam in tentationes, & pericula.
7. Ut ab omni malo culpæ, & pœnæ liberer.
8. Ad honorem B. Virginis, Angelæ mei custodis, totiusque Ecclesiæ Triumphantis.
9. Ob utilitatem meam, Amicorum, Inimicorum, totiusque Ecclesiæ Militantis.
10. In auxilium Fidelium Desinctorum.

Hæc generatim in omni opere intendi possunt, ubi vides ad 7. petitiones Pater noster, &c. & triplicem Ecclesiam respectendo, Decem intentiones constitui. Adjungere si lubet; Hoc volo agere, vel sustinere. 11. Ut gratias fuis Deo pro infinitis beneficiis mihi aliisque collatis. 12. Ut consequar Sancti N. virtutem mihi necessariam. 13. Ut superem hoc N. vitium. 14. Ut aptior reddar officio meo. 15. Ut aliquo modo imiter Christum Dominum, ejusque Sanctos. 16. Ut crescam & perseverem in bono. 17. Ut sim aliis bono exemplus quod in multis aliis potest. 18. Ut item promissis, vel votis meis, si quæ hujusmodi fecerim. 19. Ut lucrer indulgentias, si quæ tali rei per Nominis, vel aliter annexæ sunt. 20. Ut fortior beatam mortem.

Singillatim plures intentiones suggeret, operis cuiusque natura, & adjuncta. Opus verò duplex est, aliud moraliter bonum, v. c. Jejunium, Oratio, Eleemosyna: aliud vinaris Jura aliquid traderent: Baldus, ut erat divino ingenio promptissime allegavit legem, quam ipse, quia hudebat, reperit, L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

Ad exemplum, Jejunio v. c. Ut me affligam, & aliquid patiar pro Deo. 2. Ut tunc castitatem meo statui congruentem. 3. Ut servem sanitatem virtuti impendendam. 4. Ut animum aptem inspirationibus divinis. 5. Ut imiter jejunium Christi & Sanctorum. 6. Ut me parem ad orationem & Ven. Eucharistiam. 7. Ut labraham materiam virtutum. 8. Ut consilium, vel imperium Confessarii, vel Ecclesiæ exsequar. 9. Ut satisfaciatur pro excessu cibi, & potus. 10. Ut impetrem virtutem sobrietatis. Idem fit in opere indifferenti, v. c.

- 1. Ut consequar veram sapientiam, non verò platum, inutilem scientiam, aut locum.
2. Ut serio impendam talenta à Deo mihi concessa.
3. Ut vitem otium, & prava consortia.
4. Ut excolam, & perficiam animam meam.
5. Ut sim aliquando Ecclesiæ auxilium.
6. Ut imiter illos Sanctos, qui studiis olim fuerunt dediti.
7. Ut juvem Patriam, sive Rempublicam.
8. Ut sim aptum Dei instrumentum ad omnia.
9. Ut satisfaciatur desiderio, & expectationi aliorum.
10. Ut adipiscar Aureolum illam, de qua Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Adverte 1. decem signa rectæ intentionis. 1. Ante opus non distrahi variè. 2. Non perturbare aggredi opus. 3. In opere sic progredi, ut si pererem, quortum hoc agis? mox diceres, ad Dei gloriam, meum salutem, vel proximi. 4. Ab opere collectum esse, nec judicium anxie venandi. 5. Successu prospero non esserit. 6. Ut imiter minus secundo non turbari. 7. Non sollicitum esse, an pauci Auditores, Spectatores, Laudatores. 8. Contemnere iudicia hominum. 9. Equè ludicose sua præstare privatim, ac publicè. 10. Nihil optare, nihil timere.

Adverte 2. Non requirit, ut omnes hæ intentiones in omnibus operibus habeantur, sed ea quæ cuique operi magis congruere videbuntur.

Interfecti. Interfectores. Quere Homicidia. Interpretes. Interpretatio. Vide Biblia. Somnia. Scriba, & locum de Mechanicis operis. Interrogatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Interrogatio est petitio, ad quam responso danda est per ita vel non, secundum Donatum, facta ut plurimum rem quampiam noscendi gratia; unde differt à percontatione, quæ fit frequenter ad arguendum, & resellendum; quamvis contrarium etiam reperitur, quomodo apud J. C. dicitur reus interrogari legibus. Legibus ambitus interrogati sunt, ait Salvast. in Cautium.

INTERROGATIO VARIA.

Utputa SERIA. CURIOSA. LYSANDER, suscitantes, utris se partibus darent, cum agrum eorum peremerat. BROTOS cernens, missis legatis rogavit, dicens, an inclinatis hastis per fines eorum transiret. Plutarch. in Apophth.

ADRESUS Iosophista Cappadox, Jamblichi discipulus, professor Pergamenus, nunquam ab deambulando otiosus erat, sed oleum venditrici obvisus, de pretio, de cultu, de provenitu oleum interrogabat ipse quæ norat addebat. Idem sedebat apud textorem, fabricum, cateroque mechanicos, ut nihil aliud, vobis saltem quibus uterentur, addicere studens. Euseb. in Prisco.

ORIGENES puer, parentem suum Leonidem sapè de abditis scripturæ sensibus interrogavit, ita ut pater ab ejusmodi præcoci sapientia retahere illum coegeret. Euseb. lib. 6. cap. 3. & Svidas.

GALEACIUS Vicecomes, Princeps Mediolani, cum Baldo Jureconi. congressus, ejus sapientie experientie causa (nam nihil cum pœnis in Jure civili laere, constanti hominum rumore vulgò prædicabatur) interrogavit, utrum de responsibus vinaris Jura aliquid traderent: Baldus, ut erat divino ingenio promptissime allegavit legem, quam ipse, quia hudebat, reperit, L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

tu qui non studes (inquit Lud. Rom. singul. 373. quod incipit, Scires tu mihi probare, quod vinum debet incipi potari sub initium mensis Novemb.) nunquam reperies. Allegat ibi Romanus L. i. ubi dicitur, ff. de erag. mil. an. quam fortassis Baldus ad vespones, qui multis comites esse solent, derosifit.

INANIS, IRRITA.

HOMERUS Poetarum princeps, cum in Iliensi litore cæcus obambulare, & piscatores quosdam illic sedere animadvertisset, ignarus, quid agerent, interrogavit eos, num quid haberent? Illi, cum otioso pediculos necarent, obscure responderunt:

Ὅσ' ἐλοφῆ λατομέωσ' ὅσ' ὄξ' ἐλοφῆ ὀρούμεθα. Hoc enigmate usque adeo seipsum exercuit Homerus, ut cum ejus solutionem invenire non posset, præ mœreote contabuerit. Plut. in eius vita.

ARISTOTELEM philosophum, cum non posset naturam Europi in Chalcide investigare, tædio animam efflasset, perhibet Gregorius Nazianz. Justini autem martyris testimonio se in profundum illius præcipitans demersus est. Tacent hoc Ammonius & Laertius, Brodeus in 1. Epigram.

VAFRA ET FALLAX.

Convenerat Pharisæi cum Herodianis, quo pacto Jesum caperent in sermone, mittuntque cum his discipulos suos, qui interrogarent eum, Licetne censum dare Cæsari, an non? Si enim dixisset, non esse solvendum, eum lætæ majestatis arguissent: si solvendum dixisset, non videretur esse Christus, & promissus Judæorum Rex, qui eos venturus erat liberare, non subsistere servituti. Matth. cap. 22.

At Christus eorum hypocritism, mentisque malitiam inspectam habens, numilima proferri jussit, in quo Cæsari inscriptio, & imago erat, reddique Cæsari jussit, quod illius erat, & quæ Dei, Deo.

ACUTA ET CAPTIOSA.

Congregatis Pharisæis, interrogavit eos Jesus, dicens: Quid vobis videatur de Christo, cujus filius est? Dicunt ei, David. At ille dixit eis, Quomodo ergo David vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius est? & nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius eum interrogare. Matth. cap. 22.

Cum venisset Jesus in templum, accesserunt ad eum doctentem principes sacerdotum, & seniores, dicentes, In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermone, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis, in qua potestate hæc facio. Baptismus Joannis unde erat? è celo, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes? Si dixerimus, è celo, dicit nobis, Quare ergo non credidistis ei? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbamur, omnes enim Joannem habebant sicut Prophetam; & respondentes dixerunt: Nescimus. At illis & ipse, Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Matth. cap. 21.

SALSA. JOCOSA.

S. ATHANASIUS accusatus à muliere impudente, quod se contuprasset, idque in confesso Episcoporum ab Arrianis ad Tyrum coacto, ingressus una cum Timotheo presbytero fuit. At hic se Athanasium simulans, Egone, inquit, mulier te violavi, & apud te sum diversatus? Cui illa petulant: Tu mihi vim intulisti; idque jurejurando affirmans, Judicium fidem obtestabatur, ut tantum vindicarent flagitium. At cognita fraude, mulieris impudentia rejecta est. Breviar. Rom.

Idem, cum Arriani cum exagitarent, & à Juliano in exilium pelleretur, atque ab ejus satellitibus conquiretetur, qua fugiebat navicula conversa in contrariam fluminis partem, iis qui se insequerantur, de industria occurrit, & interrogantibus, quantum abesse Athanasium, respondit, eum non longè esse. Ibidem.

Hic titulus locupletari poterit ex aliis, utputa, ubi de Apophthegmatibus, acutè & socrate dictis, differitur. Cum omnia passim Apophthegmata huc redant valeant.

Consule infra, Titulum de Loco.

* DEFINITIO ET ETHIMOLOGIA.

Inventio, dicitur Græcè, nota est significationis, ab inventi- re, quod est venire in id, quod cupimus, vel desideramus. Differt a reperire, quod inveniantur qualia, reperiantur ul- tio occurrentia. Distinctionem hanc Ovidius insinuat in Metamorphosi, ut in fabula de Io: Tu, inquit, illius pater, non inventa, reperias?

De verum Inventoribus varii varia, sed ex professo Poly- dorus Virgilius octo libros conscripse. Nos in exemplis In- ventorum nunc Inventum ipsum, nunc inventendi Modum consideramus. Inventum ipsum qualecumque, bonum est. Mo- dus vero partim arte constat, que Ingeniosa inventio dicitur, partim arte caret, quod si occupatus, certa suscipiatur, sim- pliciter æreæque facit inventionem, si absque occupato, casu fortuito, fortuitam inventionem, & ob id ipsum admi- randum constituit.

B RESPECTU SUBJECTI.

Quorum. Ratione habita Hominis, QUOAD ILLIUS. Animum. Inventores Theoricorum habitum.

Vide Tit. Inventores Grammaticæ, Rhetoricæ, Musi- cæ, Magiæ, item Tit. Heresiarcharum. Illic ex professo ip- sus Habitus ratio habetur, hic solius Exercitationis. Artes omnes in Græcia intra mille annos repetæ. Varro l.3. cap.1.

Fama est, Menandro familiaritatem quempiam dixisse: Instant Menander Bacchanalia, nec comœdiam tu fecisti? Respon- dit illi: Ego mediis fides comediam condidi; digelium est enim argumentum, cui accinatur versus oportet. Plut. de Gloria Athen.

Religionis.

Apud Æthiopes asserunt deorum cultum primitivè adinventum. Sacra in super, pompas, celebritates, aliisque quibus diis honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Quæ ex re ipsorum in deos pietate religioneque inter omnes vulgata, videntur. C. Æthiopiæ facta diis admodum grata esse. Hujus rei testimo- nium asserunt Homerum, qui in sua Iliade Jovem reliquosque unâ deos introducit in Æthiopiâ, tum ad facta quæ eis de more fiebant, tum ad odorum suavitate commigrantes. Diodorus lib.1. cap.1.

Legum.

Legislatores, quatenus leges inventiunt, que hominum vitæ utiles sunt, presentis sunt loci: quatenus vero leges præcepta continent omnium virtutum, sic ad Theo- riam practicam pertinent.

Judicii.

Hiættus Argivorum rex, primus omnium de adulterio pec- nam sumpsit, quando Molorum Arisbantis F. cum uxore de- prehensum occidit, & Orchomenum profugit. Multo post Draco pœnam adulterorum confirmavit. Pausanias lib.9. in Bœoticis. Judicium capitis in Areopago primum actum est. Plinius lib.7. cap.56.

Suffragiorum.

PALAMEDES suffragiorum ferendorum rationem invenit. Polyd.lib.2. cap.2. de rerum invent.

Belli.

PAN inter Bacchi duces non postremus, primus cornua in acie constituenda reperit (hinc cornutus à poetis fingitur) Primus etiam stratagemate hostes circumvenire, & noctur- num metum illis incutere docuit, quem à Pane inventore etiamnum hodie Panicum vocant. Polyæmus.

Affriti primi mortaliump reges Nino duce ausi, in exterâs gentes arma ferre, narrantur, quarum multas sibi subdiderunt. Justinus lib.1.

Ordinem exercitus, signi dationem, tesserâs, vigiliâs invenit Palamedes Nauplii F. Trojano bello. Specularem signifi- cationem Simon, eodem bello, quando in urbem penetrans, noctu locum extulit, & Græcis signum irruptionis dedit. In- ducias Lycæon. Fœdera Thefeus. Classe primus depugnavit Minos. Plin.lib.7. c.56.

GORGITAS primus Thebis sacrum manipulum instituit. Polyæmus lib.2.

Pugnare ex equo, Thefalli secundum Pelium montem, qui postea Centauri iuncti dicit. Plin. lib.7. cap.56.

Praeliu Afrî contra Ægyptios primi fecere sustibus, quos E vocant phalangas. Plin.l.79.

Gladiatorum inventum Mantincensibus attribuit Hermi- pus, Demonaçte uno ex civibus consulente, quem postea imi- tati sunt Cyrenæi: Ephor. autem lib.6. Hist. Exerebant, in- quit, Arcades & Mantincenses res bellicas, stolarumque milita- rem, & veterem arandi consuetudinem, quam nunc etiam velut ab ipsis inventoris Mantincan nuncupant. Armis di- micandi ratio præterea Mantincæ primum inventa fuit, cuius artificium Demeus primus docuit. Athen. l.4. c.17.

Equites quidam ab Alexandro instituti sunt, quos à duplici genere pugnae appellabant dimachas: & hi quidem ex equo pu- gnabant peritissimi, ubi verò exigeret necessitas, & foret regio equitatu inepta (cujusmodi Græci vocant ἀπέρων) mox de- silientes ex equis, congredebantur ut pedes, ne omnino fore- rent. Sæmæxi, id est, pugnae expertes, & Lydiu paterentur incommodum. Cal.lib.21. cap.31. A.L.

Vellium usus ob bello primum repertus est, quo Capuam Fulvius Flaccus Imperator obledit. Val. lib.2. cap.1.

Ludi.

Lydi inventores ludorum fuerunt. Herodot. l.1. Quinetiam nomen ludorum apud Romanos (teste Hesychio) ab ipsismet Lydis ortum habuit, qui in Italiam, duce Tyrheno, naviga- runt, quum Lydorum essent artes, & inventa. Nam Latini y Græcorum in v convertere solent. Causam autem invenien- dorum ludorum alex, tesserarum & pile. Vide ex Tit. Fames memorabiles.

Palamedes inventor tesserarum, & talorum. Pausanias in Phocicis.

Mechanicarum artium operumve.

Inventores Agriculture, Piscaræ, Nauticæ, & reliqua- rum artium, ad propriis titulis mechanicis, Agricolatum, Piscorum, Fabrorum, Nautarum referre volumus. Huc ii, qui vel ob plura diversa inventa, vel ob unum inventum di- versis inseruiens artibus, ad Titulos varios referri possunt. Corpus Inventores Cibi.

Cum Saturni tempore ante Jovem homines carnibus hu- manis vescerentur, Jupiter vetuit, ne quis eo cibo uteretur, & ab humanis carnibus ad glandes converteri, que arbor, ut ab eo primum monstrata, consecrata illi crederit. Diodorus lib.2. cap.1.

Veteres Athenienses alimentorum semen ediderunt inter Græcos, atque aquam fontanam accendendique copiam ignis hominibus, quibus esset opus, largiti sunt. Plut. in Cimone. DROMEUS Symplythali, primus athletarum carnibus vesci cepit, cum ante ipsum cafeo è sticellis aleretur. Vide Tit. Curforum in stadio.

Primi Lydi catinam invenerunt, de cujus præparatione di- xerunt ii, qui condendi artis præcepta tradiderunt. Athen. lib.12. cap.4.

Potus.

BACCUS vini inventor, apud veteres passim celebratur. De eo Tiresias apud Eurip. Bacchis:

Ο Ζευὸς γὰρ ὄρεσιν ἔπεισε τὸν Βάκχον ὕψιστον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ὅπως τὸν ταλαίφθορον ἔρωτος ἄνθρωπον, ἔταν πλανῶν ἀμύκτα γῆς, ἵππῳ τε λυδίῳ ἤβη καθύμνηται κακῶν Διδόνει, ἃς ἐξ ἔθνος ἐδάμακον πίνων.

SEMELÆ filius Uvæ humidam potionem invenit, & attulit mortalibus: exquiescere facit miseris homines à tristitia, ubi impleti fuerint visis humore, perque somnum oblivionem, que quotidie sunt, malorum, dat. Non est aliud pharmacum laborum.

BIBULOCORUS Amphidyonem scribit Atheniensium regem primum omnium vinum miscuisse, quippe qui missionem à Dionysio didicisset, quare rectè se habuisse homines ita bi- bentes, ait, qui prius more incurvabantur, atque idcirco Dio- nysio Recto, in Horarum facello aram fuisse erectam: Nym- phis etiam aram pone extruxit, monumentum missionis fi- ctiis vino utentibus, quia Bacchi nutrices Musæ fuisse dicuntur. Legem præterea sancivit, tantum vini non nisi post cibos sumere, quantum satis esset ad libandum ἐπαδὸν σακχῶν, at reliqui multi quantum quique vellet. Jovis præterea Serva- toris nomen invocare instituit, boni omnis causa. Athenæus lib.2. cap.1. Dipnos.

Vinum aqua miscere primus docuit, ex auctoritate Plinii Staphylus, ex quorundam Grammaticorum monumentis Lycu-

A Lycurgus. Athenæus verò lib.2.c.2. Staphylus ait, vini aqua re- pandi usum Melampoda primum invenisse. Staphylum au- tem Liberi patris filium fuisse dicunt, à quo εσπων, uva. De hac mixtione Meleager in 1. Græcorum Epiqr. poeticam asserit rationem:

Αἰ νύμφα τοῦ Βάκχου, ἃς ἐκ τρυφῆς ἠλάδ' ἰ κέρθῃ, Νίλαρ, ἔσθ' ἴσθης ἀπὸ κοιλῶδρον. Τύνακ' αὖθις νύμφας βέβηθ' εἰδῶ. ἡ δὲ δὲ τῷ ἀγγῆ Μίγρῃδ' ἔδ' ἄρ' ἴπ' ἔτι κούδρον.

BACCUS à Lycargo Thraciæ regem penè oppressus (Diodorus l.4. Q. Calaber. 2. Stephanus in dictione ἐλασσάριος) in mare se precipitans, à Theride & Eurynome suscipitur. Pigmentum ab Homeri glossographo Iliad. & ad plenum tractatur. Quod Athenæus detegit lib. 1. vinum aqua marina dilutum suavissi- mum reddi. Plinius: Græcorum vina legitimum perfundi aqua solere ad lenitatem excitandam. Sed marina & alia id factita- tum, ne corrumpentur, putavit Acron. Alia Plut. in Causis natur. Heracles in Allegor. Plurimus in Baccho. Aristophanis enarratur in Nubibus. Vini Cui appellatioem nullum alud præcis intelligitur, quam τὸ ἀλασσάριον, id est, marina aqua factum (nam ἀπαργῶν dicitur, cui marina non admisceatur) à servi furto extortum, sic mensuram expletis. Cato lib. de Re rustica, cap.112. & Dionys. Vitensis lib. 8. c.23. Brodens in Epiqr. Græcis.

ARISTÆUS in Thracia primus omnium mel vino miscuit. Plin.lib.14. cap.4.

Exercitiorum.

ORICADMUS lucæ, & pugillationis fuit legislator, itaque industria Siculum morem pugillandi (quem vocant) excogi- tavit. Elian.lib.11. var. hist. Palestinus Pollux invenit, vel Athenienses. Elian.lib.3. THESEUS, ubi in Delum insulam appulit, ex Creta rediens, saltationem inivit cum pueris, quæ Labyrinthi præterret errores orbibus orbis impediendes. Plut. in Theseo.

SALTATIONES & choreæ primæ ab Ebris videntur hominibus institutæ, in quibus calor nimio accensus moro, ad incomposi- tos motus atque saltus eos incitavit: Caloris enim est movere. Videtur huc altitudo etymon Græcorum. τὸ ὑψιθῆξ enim & ἔχρησαν, ἃς ἢ ἔχρησαν, id est, à vitium ordinibus, inter quos choreas dicebant, Baccho primitias offerunt, derivari volunt. Est autem ἔχρησ' fovea, in qua feruntur vites, quasi ἔρηξ' τις, ab ἔρησ', quod est fodio.

SALTATIONEM armatam Curetes docuere: Pyrrhichen Pyr- rhus: Utramque in Creta. Plin.lib.7. cap.56. BALNEORUM. Memoriae prodium est ab Ilyco, calida lavacra inventa ab Hercule, quibus ille diuturno labore defessus plurimum ute- retur, quæ sibi à Vulcano fabrice indicata. At alii, inter quos Pisander, ea Minervæ benignitate Herculi monstrata dixe- runt. Nat. Comes Mythol. lib.7. cap.1.

Sepulture.

Scribit Diodorus lib.5. cap.15. eorum que defunctorum spe- dent cultum, Plutonem fuisse auctorem primum, quo no- mine creditum mox, vitæ sanctis præsidere.

Fortunas; Inventores.

Opum.

Tradunt, Cererem ac Jasionem puerum genuisse, appella- tum Plutonem, qui cultum vitæ, pecuniarumque coacervare, ac in usus custodire primus monstravit, cum antea parva congregandæ servandæque pecunie fuisset cura. Eundem vol- lunt, sepulcorum, funerarum, atque honorum, qui mortuis im- penduntur, usum introduxisse, cum antea nulla earum rerum apud homines esset consuetudo. Quæ causa extitit, ut vitæ sanctus dominari existimaretur. Diod.lib.5. cap.15.

Pecunie, Numorum.

Lydi primi numum aureum, & argentum percusserunt ad utendum. Herod. lib.1.

HERMODICE Mydæ Phrygum rex uxoris, sapientia & artifice ingenio præitans, Camæis prima cudid numos. Cal. lib. 21. cap.48. A.L.

DRACON Corcyreus de Lapidibus, inquit: Fama est, Janum fuisse bicipitem, cum alteram faciem haberet à tergo, alteram ante. Primum hunc coronam, primum timularios pontes, navigare invenisse juncit, ac primum æreum nummum consi- gnalæ. Complures idcirco civitates in Græcia, in Italia & Sicilia bicipitem figuram in numis imprimere solent, ex altera vero parte vel pontem, vel coronam, vel navigium. Athen. lib.15. cap.19.

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. IV.

Regiam civitatem Ægyptii, popularem Remp. Attici re- perere, teste Plin.lib.7. cap.65. Pausanias in Atticis. The- seum Remp. Atheniensium in Democratiam convertisse scri- bit. Post Theseum, teste Plinio, tyrannus primus fuit Pha- latis Agrigenti.

Fœderum.

Inventa Mercurii dicuntur esse reconciliationes, ac fœde- ra, quæ in bellicis sunt. Præcones quoque adjuvantur, qui in- terveniunt esse solent, ob eamque rem ab hoste tuti. Unde & ip- sum communem utriusque dicunt, cum utilitatis communis, ac pacis mutæ interpres existat. Diod. lib.5. cap.15.

Coningii.

Erichtrionium veteres biforem fuisse ajunt, superiore parte hominem, inferiore serpentem, quia leges prior tulit de ma- trimoniis apud Athenienses, cum nemo patrem antea, sed ma- trem tantum cognosceret, quia cuivis ad quamvis accedere li- cebat. Nat. Comes Mythol. lib.9. cap.11.

Atheniensium regem Cecropem non alia magis causa natu- re duplicis fabulosa narravit antiquitas, quam ex connubii ra- tione excogitata, sicuti multis placet. Quippe ante Cecropem brutorum more in Græcia mulieres concubitu utebantur mis- celo, unde fiebat, ut pueri pueroque dicerentur, id est, naturæ unius, quia matrem tantum agnoscerent, patre prostram in- certo. Ubi verò fetinos id genus mores sustulit Cecrops, ef- fecti quodammodo divites, auctori ipsum id adoptatum cog- nomen. Cal.lib.18. c.25. A.L. ex Athen. lib.13. cap. Hoc in- stituit Cecrops, ut ex Ægypto ortundus, legum Vulcani illius loci non ignarus. Dicebat autem, Atticam ob illius peulantiæ consuetudinem undis fuisse obrutam. Ac eo tempore terra Græcorum incolæ modesti fuerunt. Regnavit annis quinquag- inta, teste Suida, qui Siquis dictum putat, quod ex Ægypto profectus, regnum in Græcia tenuisset.

SOTER Lintum, ne legitima haberetur uxor, nisi cui sacer- dos ex instituto benedixisset, & quam parentes solenni pompa more Christiano munito collocasset, quamque etiam paranymphe de more casto dissent. Hoc autem constituit, multa pe- ricula rejiciens, que in novas nuptias cadere solent ex præsti- & magicis artibus quorundam improborum. Gratianus, G tamen hoc decretum Euaristo adscribit. Platina.

Republi.

SP. CARBILIUS primus apud Romanos uxorem sterilitatis nomine repudiavit. Volat. lib.1. c.2. Ambros.

Servitii.

Servitium invenerit Lacedæmonii. Plin.lib.7. cap.56. RERUM. INVENTORES RERUM. Naturalium. Puta

Ignis.

Ignem è silice Pyrodes Gilicis F. invenit. At eundem in cava scrvare ferula Prometheus docuit. Plin.lib.7.

Aque.

Huc puterum inventores. Videatur Locus de Arte, Tit. Artium mechanicarum inventores,

Artificialium. V.G.

Instrumentorum mechanicorum. Vide Mechanicos locos.

EBHORUS Anacharsis Seythæ inventa profert, exuscitatores ignis folles, bicipitem anchoram, rotam figulatem. At quo- modo rota ipsa ex ejus inventione extat, quam Homerus an- tiqrior illo novit? Strabo lib.7.

Mensurarum, Ponderum.

EUTROPIUS, Sidonium mensuras, & pondera eo tempore invenisse tradit, quo apud Albanos Procas, apud Judæos Aza regnavit. Alii Mercurium ex Creta, Jovis filium. Plin.lib.7. Phidonem Argivum, vel, ut Gellio placet, Palamedem. Stra- bo lib.5. Phædonem Elicensem. Nimirum quia alii apud alios primum mensuras, & pondera in venerunt. Laertius lib.9. ex Aristoxeno affirmat, Pythagoram primum adinvenisse Græcis, & Josephus 1. Antiq. dicit, Cain Adami filium hæc con- stituisse. Polyd. & Sab. lib.7. Em. 2.

Campanarum.

PAULINUS Nolæ urbis Campaniæ Episcopus, primus in sua Ecclesia Campanæ ulum invenisse proditur. Gibertus Cognatus lib.3. Narrat.

Vide Locum proprium de Campana. Ss 3 Ar-

A *Armorum, Tormentorum.*

Vide Machina.

Traditur Ammon Libyæ rex galea in bellis usus, cujus insignis fuit arietis caput. Sicut qui ipsum asserant natura in utroque tempore parvula habuisse cornua, propterea filium ejus Bacchum eodem fuisse aspectu, posterique traditum, deum hunc cornua gestasse. *Diod. lib. 2. cap. 5.*
Clypeos invenerunt Peneus, & Acræus inter se bellantes, five Chalæus Athamantis F. loriceam, Midias Misfenius. Galeam, gladium, hastam Lacedæmonii. Ocreas & cistias Cares. Arcum & sagittam Scythes Jovis F. vel Perthes Persei F. Lanceas Æthioli. Jaculum cum amento, Eolus Martis F. Hastas velantes, & pilum Tyrrhenus. Securim Penthesilea Amazonum regina. Scorpionem tormentum Cretes. Syri catapultam. Phœnices balistam, & fundam. Testudines Artemon Clazomeni. Equum (qui nunc Arias dicitur) Epeus ad Trojam.

Cares tria inventa habent. Galeis criticis primi impoluerunt (huc oraculum Amari regi Ægyptiorum datum alludit) clypeis signa adjunxerit, & lora leutorum excogitavit, cum antea baltheis duntaxat corticæis fulcilentis scuta, collo finistrotque humero sustinerent. *Herod. lib. 1.*

DEMETRIUS Antigoni F. in machinis bellicis tantum ingenio præcellit, ut ob id ipsum Poliorcetes nomen invenit, meritoque de illo jactatum sit, Demetrii machinas magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine verò etiam hostibus adferre voluptatem. Fœdere cum Rhodiis iuncto, helepolin, machinam à capiendis urbibus dictam, apud illos reliquit, quæ simul & regis magnificentiam, & illorum fortunam testaretur. *Plur. in Demetrio.*

TERTULLIANUS scribit, Arietem machinam oppugnatorem inventum fuisse Carthagenensium. *Vitruvius* in oppugnatione Gadium id factum scribit.

Circa annum Salut. mcccxc. sclopetorum usum Berchtholdus Niger Germanus notachus reperit. Atque ut fecunda est improbitas, inter privatos primum spargi cepit, hinc rebus publicis communicari. Augusta Vindelicorum prima inter Germaniæ urbes bombardis usa dicitur. *Stumpfius lib. 13. Helvetia. Egnatius.* Venetos primos ex Italica, arte à Germanis accepta, contra Genuenses Clodiensi bello vios tormentis scribit.

Admirabilis cuniculorum ratio est. Hujus tam atrocis inventi auctor fuit Franciscus Georgius Senensis. Docuit hic Hispanos arcem Lucullianam juxta Neapolim, quam Galli tuebantur, nunc Ovum vocatam, evterere, æde illius sacra cum Gallis, qui intus erant, etiam in mare ex monte translata *Cardanus de Subtilitate lib. de le Ementis.*

Typographia.

Vide Locum proprium in Litera T.

RESPECTU MODI. INVENTIO

INGENIOSA.

D HERMES Trismegistus, cum in Ægypto sacrum quoddam animal Serapi dicatur, tota die duodecies urinam facere pari semper temporis intervallo observasset, per xii. horas diem dividi debere conjecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custodiendus. Postea in xxiv. horas divisus est dies. *Polyd. lib. 2. cap. 5. de Reum inventi.*

HIPOCRATES Causas historias ægrotum morbis liberatorum, que in temporis deorum descriptæ in tabellis legebantur, excipit, inque inter se collatis, ut erat summo judicio prædictus, ad præcepta universalia revocavit, & Clinice instituit, teste *Plin. lib. 29. cap. 1.*

PYTHAGORAS ex stadio Pizeo Olympiæ, quod dext. pedum spacio Hercules mensus fuerat, habita proportione pedis ad reliquum corpus, quanta statura Hercules ad cæteros homines fuisset, ingeniosè collegit. *Gellius l. 1. cap. 1. ex Pinarcho.*

PYTHAGORAS machinatione geometrica invenit hominis centum in pendendis esse. Nam si dispersis brachiis, & pedibus diductis statuatur, & in verendis citrini pes collocetur, rotundationis linea per extremas manus, & extremos pedes curret. Proinde ut in majore mundo Terra centum est, ita minoris mundi terra, que officina est procreationis. Idcirco *Varr. lib. 3. de Lingua Latina* *χώρα* ἢ *Πυθαγόρα* partes genitales dici testatur.

PHIDIAS statuarius, sicut narrat *Lucianus in Hæresibus*, in specho leonis duntaxat ungui, quantus esset totus leo, pependit, totumque ex indicio unguis effingit. Unde proverbium: Leonem ex unguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, sicut dicit *Vitruvius lib. 3. ut ex membro*, vel mimmo, totius corporis modus colligatur. *Plin. in com. de Desectis oraculis*, videtur ad Alcum referre. *Erasmus in Adagio.*

SIMONIDES Cæus Medicus artem memoria primus invenit, eamque consummavit postea Metrodorus, teste *Plin. l. 7. c. 24.* Quum enim in Thesalia apud Scopam Simonides cæcæret, concinissetque id carmen, quod in eum scripserat, in quo multa orandi causa poterat more in Castorem, & Pollucem scripta erant; Scopas dixit, se dididum ejus quod pactus esset, pro carmine illo daturum, reliquum peteret à Tyndaridis, quos æquè laudasset. Haud multo post nunciatur Simonidi, ut prodiret, duos juvenes stare ad januam, qui eum magnopere vocarent. Surrexit, forsaque progressus, vidit neminem. Hoc interim spacio conclave illud, ubi epulabatur Scopas, concidit, & Scopam cum suis oppressit. Quos cum humare vellent amici, nec possent obrictos internocere; Simonides dicitur ex eo quod observasset, quo loco quomodo discubisset, demonstrator uniuersumque sepeliendi fuisse. Hæc tunc admonitus, invenisse fertur, ordinem esse maxime qui memorie lumen affert. *Cicero in lib. de Oratore.*

CRESBIBUS Alexandriæ natus, patre tonsore, ingenio & industria magna præter reliquos excellens, dictus est artificiosus rebus se delectare. Namque cum voluisset in taberna sui patris speculum id pendere, ut cum educeretur, forsitanque reduceretur, linea latens pondus deduceret, ita collocavit machinationem. Canalem ligneum sub signo fixavit, ibique trochæas collocavit, per canalem lineam in angulum deduxit, ibique tubulos strinxit, in eos pilam plumbeam per lineam dimittendam curavit. Ita pondus cum decurrendo in angustia tubulorum premeret cæli crebritate vehementer decutu per fauces, frequentiam cæli compressione solidatam extrudens in aerem patenter, offensione & tactu sonitus expresserat claritatem. Ergo Cresibius cum animadvertisset, ex tactu cæli, & expressionibus, spiritus vocisque nasci, his principis usus, hydraulicas machinas primus influit. Item aquarum expressio *G. nes auctores* porrecti rotundationique machinas, multaque deliciarum genera, in his etiam horologiorum ex aqua comparationes explicuit, primumque consilium cavum ex auro perfectum, ut ad gemma terrebata; ea enim nec teruntur percussu aquæ, nec fordes recipiunt, ut obturentur. *Vitruvius lib. 9. de invent. herol.*

HIERO Syracusis auctus regia potestatis, rebus bene gestis, cum auream coronam votivam diis immortalibus in quodam fano consilium ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum ad facma appendit redemptoris. Is ad tempus, quo manu factum subiliter regi approbavit, & ad facma pondus coronæ vius est præstitisse. Posteaquam indicium est factum, dempto auro, tantumdem argenti in id coronarium opus admixtum esse, in dignatus Hiero se contempit, neque inveniens, qua ratione id furtum deprehenderet, rogavit Archimèdem, ut in se fumeret sibi de eo cogitationem. Tunc is cum haberet ejus rei curam, casu venit in balneum, ibique cum in solium descenderet, animadvertit, quantum corporis sui in eo consideret, tantum aquæ extra solium effluere. Itaque cum ejus rationem explanationis ostendisset, non est moratus, sed exilivit gaudio motus de folio, & nudus vadens domum verius, significabat clara voce invenisse quod quæretet. Nam currens, identidem græcè clamabat *εὕρηκα, εὕρηκα.* Tum verò ex eo inventionis ingressu, duas dicitur fecisse massas æquo pondere, quo etiam fuerat corona, unam ex auro, alteram ex argento. Cum ita fecisset, vas amplum ad summa labra implevit aqua, in quo demisit argenteam massam. Cuius quanta magnitudo in vase depressa est, tantum aquæ effluxit. Ita exempta massa, quantum minus factum fuerat, refodit, sextario mensus, ut eodem modo, quo prius fuerat, ad labra aquaretur. Ita ex eo inventi, quantum ad certum pondus argenti certa aquæ mensura responderet. Cum id expertus esset, tum auream massam similiter ple-no vase demisit, & ea exempta, eadem ratione mensura addita, invenit ex aqua non tantum defluxisse, sed tantum minus quantum minus magno corpore, eodem pondere auri massa esset quam argenti. Postea verò repleto vase, in eadem aqua ipsa corona demissa, invenit plus aquæ defluxisse in argenteam quam in auream eodem pondere massam, & ita ex eo, quod plus defluxerat aquæ, in corona, quam in massa, ratiocinatus, deprehendit argenti in auro multationem, & manifestum fur-

MULTIFLEX.

A futurum redemptoris. *Vitruvius lib. 9. cap. 3.* Proclus tamen Geloni regi attribuit *lib. 2. cap. 3.* quod alii cum Vitruvio tribuunt Hieroni.

GALENUS, *ἄγγις* & *ἔρανος* tria trabo, multa ex sese didicit, sine præceptore. Sepitimo Methodi omnia se per se ipsum investigasse scribit. Hoc ingenio, & universales morborum curationes, five curandi indicationes excogitavit, & particulares quædam, ut de sanandis oculorum doloribus, item nervis fauciatis, primum in hac curatione ausus modum primum usitatum immutare. Hæc ingenii sagacitate læpè aliqua circa ægrotos observavit, quæ ab aliis non animadverta admirationem et conciliantur, tanquam ex arte diceret, aut divinaret quædam; quæ tamen sola industria, & diligenti animadversione, à quovis medicoriter solerti, intelligi poterant, quale est quod lib. 1. de fanitate tuenda circa animadversum pueri plorantis desiderium de se ita scribit: Cum ex Alexandria in patriam rediret, divertit in itinere in quoddam rusticum prædium, ubi fortè ægrotabat dominus, ac penè suffocabatur utæ ad glandium tumore. Cum autem deesset alia remedia, ac jam maturesceret nubes, considerata corticum natura aræ, & adstringente, ex illis corticibus expressit succum, cui mel addidit: hoc remedio subito liberavit ægrotum, eodemque postea semper se felicissime usum narrat. *Galenus in eius vita.*

NICOLAUS Crenardus, cujus Græca grammatica omnium teritur manibus, cum incredibili desiderio linguæ Arabicæ perdiscendæ arderet, neque vel vivos præceptores Lovanii, vel imtos magistros habere posset, forte quadam Pálmos Arabicis caracterbis descriptis abique punctis nactus, admirando studio, & inæxhausto labore consonantes Arabicas hæc arte deprehendit. Pálmos in Arabico codice numerum ex intermissis, & rubricis colligens, eundem cum Hebræis codicibus consuetudine deprehendit. Mox conjectura quadam augurans propria nomina eadem in utraque servari lingua, iidemque consonantibus scribi, eos Pálmos, qui propriis abundarent nominibus, telegit, & versus Arabicos versus Hebræis, verba versus confertens, solo observato numero, ex variatum vocum observatione consonantes tandem Arabicos aliquot invenit, & non multis hecatomben fecit. Jam verò cum vocalibus co-dex caret, tanquam anima sua, nec ulla spes sese ostenderet carum, vel videndum, vel cognoscendum, quoniam Sal-mantica in Hispania ejus lingua peritos invenit viros audiverat, commoda oblat occasione in Hispaniam contendit, ubi præclarè in ea lingua profecti, & Lexicon Arabicum conscripnavit, eo postissimum studio, ut aliquam Mahumetanorum sua ipsorum lingua agere posset, & consutare. Testatur hæc *iplemet in 2. lib. Epist.*

Invento novo orbe ab Hispanis, novus quoque morbus regionis Peru incolis tam familiaris, quam nostris est scabies, ex contagio venereo ad Hispanos pervenit, ab his bello Neapolitano ad Gallos; unde Gallicus vulgo dicitur, æternum monumentum occupati tunc à Gallis mirabili celeritate regni Neapolitani. Hæc lues cum tyrannidem suam crudelissime in milites mortales exerceret eo vehementius, quod morbo incognito remedium conveniens medicis adhibere ignorarent, Hispanus quidem eo malo infectus, è morbi natali loco morbi quoque remedium petendum; ingeniosè collegit, quod naturam non moveram, sed penitus, matrem, singulis malis efficacissima antidota proferre, à philolophis audivisset. In Americam ergo navigans, & morbi curationem desideratam obtinuit, & remedium inultatum ligno Guajaco desitit hominibus commonstravit. *Per. Gieza tom. 2. cap. 29. Indica his.*

DILIGENS.

CLÆARCHUS meminit, in Arenis Pflameticum Ægyptiorum regem pueros eudæfic, qui pibibus velcerentur, cum Nilii fontes invenire cuperet, alios rursus sine potu assuetere jusfisse, qui Libyæ deserta perquirent, quorum pauci admodum vixerunt. *Athen. 8. c. 6.*

MITHRIDATES rex Ponti, in herbarum viribus inveniens fuit diligentissimus. *Plinius.*

CONSONTUS Latine linguæ verba primigenia mille collegerat. M. Varro inde ratiocinando collegit quingenta verborum millia declinationibus fieri posse, imitatus Democritum, ex infinitis atomis, quæ unde fini, non dicit, sed cusimodi sint, rerum univertitatem constituentem. *Varr. lib. 5. de lingua Latina.*

Diodor. lib. 4. scribit, Cybelen, Menois vetustiss. Phrygiæ regis F. multas artes ingenii acumine & invenisse, & edocuisse mortales, sicut cantum tibiar, lusus, choreas, cymbalorum tympanorumque sonitus, artem præterea veteritatum, & infantum morbis lenimenta, quibus quoddam multum curarentur pueri, idcirco eam Magnam nominatam esse.

PROMPTA, EXPEDITA, VELOX.

CRYSIPPUS Cleanthis discipulus, sæpenumero dicere solebat, egere se tantum novorum dogmatum suggestionem, nam probationes se facillè reperiturum. Tanta in eo fuit diligentia, & studium in inveniendis. *Laert. lib. 7.*

ARCESILAUS Pritanus in inventionem felix fuit. Ritè & facile objectis occurrere, orationisque ambitum ad id quod erat propositum referre, atque omni temporis sese accommodare mirificè sciebat. *Laert. lib. 4.*

JAMBE, lavacro assidens, atque operi illi futo intenta, accusavit Hipponactem, qui cum eo accessisset, attrèciet vas plenum lana, atque everteret, *ἄδραστ' ἀποδ'ε, τὴν ἐράβλου ἀνα-ρτήρει.* Testis Hephæstion, qui scriptis de metris, ubi de Jamboliquitur, & ostendit eo numero, qui fortuito anni illi exciderat, valde delectatum poetam, ipso postea multum usum, atque ab ipsa appellasse. *Vitruv. l. 2. de vit. c. 14. Scaliger. l. 1. c. 54.* Jambum non à Jambo, sed potius Jamben à Jambo dictam, propter mordacitatem, autam.

ÆSCHYLUS ajunt tragedias in vino scriptas, cum mero jam incalisset. *Plur. lib. 1. Quest. conv. 5.* Fuit avus Plutarchi Lamprias inter pocula ad inveniendum longe solito solertior, & facundior. Dicere hic solebat, thuris modo se ex fervore odorem effundere. *Idem.*

ALCIBIADES Atheniensis in inventionem eorum, quæ dicenda essent, promptissimus erat, & ingeniosissimus. *Vide Tit. Ratiocinatio.*

ABSQUE CONSILIO.

Per Observationem.

Quidam Ægyptiorum sacerdotes affirmant, primum regnasse Vulcanum, inventorem ignis, eoque beneficio ab Ægyptiis constitutum. Cum enim arbor icu fulminis in montibus conspigeret, ligna propinqua hyberno tempore flamma sunt comprehensa; qua ex re Vulcanum calore lætatum, deficiente igne addidit illi novam materiam, & eo modo continuato igne, alios homines convocasse ad ejus aspectum, tanquam à re petere. *Diod. l. 1. c. 2. Vitruvius l. 2.* auctor est, pastores arborum collisione ignem excitatum primò obierat.

Servus quidam in Coo insula resignatis vini generosi dolis, menturam aqua explevit marina. Quo fortuito casu cum vinum præstantius redditum deprehendisset, auctor fuit domino vinum reddidit, hoc est, aqua marina mixtum considerandi. *Cato de Re rusticæ, & Brades in Epigr. græcis.*

Delphici oraculi patefactam primum vim scribit, cum pastor quidam Coretas nomine, qui fortè in eum incidere, post voces fanaticas misisset, quas primum, qui aderant, contemnebant, inde eventu fidem iis, quæ ille prædixerat, faciente obstupuerunt. *Plin. de Orat. def.*

Scribit *Philonides medicus in de unguentis & coronis*, quoddam vitis in Græciam à Dionysio ex mari rubro lata fuisset, & permultique in immoderatum vini usum converterentur, ac vinum purum biberent, alii in furiis conversi fuerunt, alii verò quod capitis gravitudine mortuis similes videbantur. At cum quidam biberent in regione, imber incidit fortè, conviviumque dissolvit, craterem verò exiguum, qui vinum relictum habebat, aqua implevit. Mox cum serenitas orta fuisset, in eundem locum reversi sunt, vinumque mistum gustantes, fructuonem factem, ac sine dolore sunt consecuti, atque idcirco Græci Bonum dæmonem significant vino non misto, quod datur in cœna, Deum illum, qui mistionem invenit, veactantes; erat autem hic Dionysius. Primum verò poculum, quod mistum detur post cœnam, Jovi Servatori indicere solent, quem mistionis illius salubris, ac imbris auctorem esse arbitrantur. *Athen. l. 1. c. 5.*

Lapidem Magnetem, quem Sideritin alii, alii Heracleon vocant, Magnes (ut auctor est Nicander) in Ida reperit. Namque & passim invenitur, ut in Hispania quoque. Invenisse autem fertur, clavis crepidarum, & baculi cuiusdam hærentibus cum armenta pasceret. *Plin. lib. 36. cap. 16.*

A Philarchus lib. 6. hist. mala Cydonia vires pharmacorum le- thaliu odoris sui bonitate debilitate, si in cista eadem posita fuerint, à Pharmacopola quodam observatum scribit; atque si his dentur, quibus venenum tacite paratur, eos servari illa- fos. Athen. lib. 3. cap. 4.

M. TULLIUS & petique alii æs Corinthium casu mixtum indicant, Corinthi cum caperetur incensa. Nam incendio per- uisus plurimus status atque simulacris, æris, auri argenteique ve- næ in commune fluxerunt. De eo sic Plin. de Pitbie oraculis. Corinthium æs non arte, sed casu fama est coloris accepisse elegantiam, & consula nomen æris majori portioni dederunt. Alii tradunt, ætariu quendam Corinthi, cum incidisset in thesaurum, in quo recondita erat magna auri vis, ac vereretur, ne ræs comperiretur, paulatim præcidisse aurum, & modicè ad- miscuisse æri. Quod cum mirificam acciperet temperaturam, vendebat id, cum esset in magna dignatione coloris, & nitore gratia, carè. Ceterum utrumque fabulosum esse videtur.

Somnum.

CELIUS Rhodiginus l. 27. c. 29. A. L. testatur se locum per- obfcurum in Plinio, quem vigilans assequi nequiverat, in som- nis enucleasse, & auctorem quoque, à quo enarratus esset, nu- mero paginæ ad unguem correspondente, observasse.

CONSULTO SUSCEPTA: ET VEL PER INDUSTRIAM PROPRIAM.

De Nauticæ rei primis Inventoribus, sic scribit Claud. in Reptu Proserpine:

Inventa secuit primus qui nave profundam, Et ruidibus ramis sollicitavit aquas: Qui dubiis ausus committere flatibus ænum. Quas natura negat, præbuit arte vias: Tranquillis primùm trepidus se credidit undis, Litorea securo transiit summa legens. Mox longos tentare sinus, & lingue terras, Et leni capiti pandere vela Notò. Ast ubi paulatim præcepit audacia crevit, Cordaque languentem dedidit ære secutus, Egeas hyemes, Ioniamque domat.

THALES Milesius inventi mensuram alitudoinis pyramidum umbra metiendo, qua hora par esse corpori solet. Diodorus lib. 1. cap. 5. & Strabo lib. 17.

Prope Cortynam in Creta, apparentem splenem pecora non habent; quod Medicorum scrutantes scholæ, in illis enasæ herbarum locis denique comperit procidere, qua vescentia pecora limes imminerent; unde & lienosis curandis medi- camen excogitatum, quod ex re Asplenon Cretenses dicunt. Celius lib. 4. cap. 18. A. L.

GORGIAS primus Thebis Sacram cohortem instituit. Ea constabat ex amatoribus, & amatoris triginta. Amantes enim se mutuo nunquam facile deserent, sed aut pro se mutuo mortem oppent, aut hostes superabunt ac vincunt. Polyen. l. 2.

DIONYSIO tyranno preparante se ad bellum Carthaginensi- bus inferendum, Syraculis catapultæ tormentum primum ex- cogitatum effectumque constituit, quod nunquam antea usquam gentium conspectum fuerat, utpote contractis in eum locum ex toto propè terrarum orbe cuiusque artis fabris opificibusque, quos mercedis magnitudo alexerat. Magnitudo quoque præ- miorum, quæ propofita erant illis in medium danda, quibus artificii palma decreta fuisset, excitas omnium mentes, & in- tenta ad victoriam ingenia reddebat. Diod. lib. 14.

Obfessa à Rom. Capua, cum equitatu Campanorum crebris excurationibus equites Rom. quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Navius centurio è peditibus lectos expediti corporis, brevis & incurvis septenis armatis hastis parvo tegmine munitis, veloci saltu jungere se equitantibus, & rursus celeri motu dilabi instituit, quò facilius equestri præ- lo subjecti pedites, viros pariter atque equos hostium telis in- cesserent. Eaque novitas pugne unicum Campanæ perfidie debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus Navio adhuc honos est habitus. Valer. lib. 2. c. 1. & Frontinus lib. 4. cap. 7.

Memorant, C. Jul. Cæsarem rationem cum amicis per litte- ras agendi principem excogitasse, cum colloquendi coram de rebus necessariis tempus propter occupationum multitudinem atque urbis laxitatem non daretur. Plin. in Cæsare.

GALENIUS Pergamenus medicus bubulum casuum vetustum sibi allatum, quod acris esset, & edendo minime salubris, aufer-

ri jufferat. Famulis longo pòst tempore, quid de eo fieri, velle- rogantibus, cum ille jam absumpsum arbitraretur, per jocum in- ter familiares quæri cepit, cuiam tui caleus ille accommoda- dari posset. Commodum interè arthritibus adhiberi, cujus tophos casuum hunc, decocto perna vixilla falitæ emollitum impositum, & citra dolorem rupta cute tophos eduxit. Testis simebet lib. 10. de Simil. med. fac.

Imitationem.

Cum aliquando Nilus suum egressus alveum totam inun- dasset Ægyptum, & postea intra suos limites regressus esset, varias animantes in campis relictas ajunt, inter easque reman- sisse testudinem, quæ vocant. Hanc cum Mercurius invenis- set, consummata jam carne, sed superstitibus nervis, & percuf- sione digitorum sonum excitasset, ad exemplum illius lyram composuit. Proinde Horat. in 1. Carminum vocat Curvæ lyræ parentem. Panfanius in Eliasis.

Syringa Nympham à Pane amatam finxerunt antiqui. Quæ cum vim effugere non posset, in calamum fuit conversa. At cum ad ripas Ladonis fluminis Pan aliquantulum constitisset, ventulque calamos leviter agitasset, quidam perforati harmo- niæ emittente, ac suavem sonum deprehensit: illos carpens Pan, fistulam, cum illas inflasset, paulatim invenit. Hi calami cum nati essent in Ladone flumine, Syrix sive fistula vocata fuit Ladonis filia. Nat. Comes Myth. l. 5. cap. 6.

Obtruncata à Perleo Medusa, inter superstites foretes lu- ctus est exortus haud mediocris, sed & serpentum syrigmus id est, sibilus ex arundem inaudiebat capite. Quo velut conceptu cum oblectaretur Pallas, ex imitatione aulicæ excogitavit, quom de serpente numerois capitibus etiam polyccephalon consuit nuncupandam. Sunt quibus arideat amplius, polyccephalum dici, quòd quinqueaginta afforent viri, incincte tibiæ, ex quibus constitueretur chorus. Caius lib. 9. cap. 8. A. L.

A Melampode divinationis fama noto appellatur unum el- lebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inventisse tradunt, capras purgari pasto illo animadvertemen- tate, quo lacte earum nafas præcedas furentes. Plin. lib. 25. cap. 5.

Syraculis saltationem primò exortam, doctorum quidam memoratæ prodidit eunt, à tyranni videlicet Hieronis sævitiæ, qui inter alia dicta immitta, Syraculanos eam mutuis ut collo- quii veterit, quæ vero necessaria forent, pedum, manuum, oculorum nutibus indicitque jufferit petere. Unde mox saltati- onis exortum peperit necessitas. Rhod. lib. 5. cap. 3.

Corinthi quondam virginis sepulchro parentes calathum floribus & fructibus, fortè & puppis plenum imposuere: cum- que acanthi radix subesset, vere germinare cepit, & calathi latera undequaque circumvætre. Naturæ opus fortuitum ad- mirans Architectus quidam, ad arem transtulit, & cornibus Corinthiis principium fecit, quorum ea fit erga Jonicos, & Doricos proportio, quæ virginis erga matronam, & vi- rum. Vitruvius lib. 6.

DIBUTADES Sycionius primus figulus Corinthi, opera silicæ Palæstricæ, imagines ex creta fingere cepit. Filia enim capta amore juvenis, illo abeunte peregrè, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscriptis, quibus pater ejus im- pressa argilla, typum fecit. Plin. lib. 35. cap. 12.

RESPECTU FINIS, SUCCESSUS.

INVENTIO FENIX. Hispanus quidam morbo Gallico infectus. Vide pau- lo ante.

INANIS. VANA.

Pete ex Tit. de Interrogatione.

Investigare.

Vide Explorare.

Invidia . Invidentia .

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

I NVIDIA, ἐπιθυμία, & ἐπιθυσις, invidus dicitur. Est autem invidia, tristitia de bonis alienis, secundà Damasc. Invidia est odium felicitatis alienæ, secundà Hæc. lib. 2. de Sacramentis, & Augustin. Psalm. Converterit cor eorum. Invidia est tristitia in apparenti felicitate alicujus, secundum Arist. lib. 1. Topicozum.

Invi-

A Invidia est tristitia de bono alterius, in quantum æstimatur diminui excellentiam propriam, sec. S. T. Thom. 2. 2. q. 6. art. 1. unde invidus alteri desiderat malum, nempe boni illius priva- tionem, ut suam excellentiam, & existimationem conservet illibatam. Ideoque boni proprii adfectu movetur. Unde etiam ab odio differt, quòd ira appetit malum alterius, ut ei male sit, cum invidia magis respiciat bonum proprium.

Invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secun- das, quæ nihil noceant invidenti. Nam si quis doleat ejus rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur invidere, ut si Hæctori Agamemnon, ex Cic. l. 4. Tus. q. 4.

Invidia ab invidentia sic differt, quòd invidia non solum ad eum qui invidet, sed etiam ad eum, cui invidetur, referri potest: Invidentia verò in eum demum cadit, qui invidet. Vel invidia est actus invidendi, invidentia ipsa ægritudo.

Invidia, dolor conceptus ex aliena prosperitate. Græcè ἐπιθυμία, q. d. ἐπιθυσις. invidus enim in corde suo proximi felici- tatem interficit, & coram Deo est homicida. Heb. Kineab, Emulatio, Zelus, & Zelotus, Invidia. Kanno, Zelotes qui agrè fert injurias. Kanna, idem significat. Kineab igitur est vox media, à verbo Kanne, amulus est, provocavit, ze- lum habuit, vel ex invidia, vel favore, indignans est, agrè tulit: ut autem aliquos boni viri indignè ferant impiorum profanam, & infelicem felicitatem, contra Invidus (ut inquit poeta) alterius marcescit rebus opimis.

* DESCRIPTIO POETARUM.

Livor tabificum malis venenum Imactis vorat ossibus medullas, Et totum bibit artubus cruorem. Quid quisque furit invidetque forti Pè debet, sibi poena semper iste est. Testatur gemita graves dolores, Susspirat, gemit, incutitque dentes: Sedas frigidus, inmens quod odit, Effundit mala lingua virus atram: Pallor terribilis genas colorat, Infelix macies venudat ossa. Non lux, non cibus est suavis illi, Nec potus inivat aut sapor Lyæi, Nec si pocula Iupiter propinet, Atque hac porrigat, & ministret Hebe, Aut tradat Ganymedes isse nehtar. Non somnum capit, aut quiescit unquam, Torquet viscera carnis ex cruentus, Vesano tacito movent furorcs, Intentans animo faces Erinny, Lethalis, Tritique vultus intus, Qui semper lacerat comestque mentem. Provi peiore sub dolente vulnere, Quod Chironia nec manus levaret, Nec Phoebus, sololeque chara Phoabi.

Expressit etiam S. Cyprian. Invidia radix est malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum, materia cul- parum, &c. Mala cætera habent terminum, invidia autem est malum jugiter permanens, & sine fine peccatum, quòdque ille cui invidetur, successu meliore profecerit, tantò invidus in majus incendium livoris ignibus inardescit. Hinc vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata convitia, manus ad cædis violentiam prompta, etiam si à gladio inventa vacua, odio ta- men furiatæ mentis armata. Sermone de Livore.

Martial. l. 5. Epigr. ad Regulum. Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur? Et sua quod raris tempora lecto amat? Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores, Præferat antiquos semper se ille novis. Sic veterem ingratis Pompei querimus umbram, Et laudant Caris Italia templa senis. Ennius est lectus, salvo tibi Roma Marone: Et sua riserunt scæla Meonidem. Rara coronato planere theatra Menandro: Narat Nasonem sola Corynna suum. Post tamen o nostri non festinate libelli: Si post facta venit gloria, non propero. Ovid. Met. l. 2. fab. 15. Invidiam descriptbens. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, Nusquam recta acies, livent rubigine dentes, Pectora felle vivunt, lingua est jussa veneno,

Risus abest, nisi quum visis secrete doloris. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Sed videt ingratas, imbecilique videndo. Successus hominum carpitque, & carpitur una, Suppliciumque suum est. Hesiod. in Oper. & Dieb. Semper vicinus vicinus est amulus, hunc ut Condere cernit opes propter autem, gravioer atqui Concertatio conducit mortalibus ista: Odit fabrum faber figuloque molestus Est figulus, mendico proximus invidet alter Mendicus, cantor cantorem lividus odit. Invidiosam præstat esse quam miserabilem.

INVIDIA RESPECTU RERUM

Propter quas invidet.

IN GENERE.

ALEXANDER Macedoniæ rex potentissimus Perdicam odat, eo quòd esset bellicosus: Lysimachum, quòd militandi peritus: Seleucum, quòd magni animi: Attalum, quòd impera- toria dignitate polleter: Ptolemeum, quòd ei prosperè om- nia succederent. Ælian. lib. 12. de var. hist.

MUTIUS fuit quispian apud Romanos malevolus, & alic- nam prosperitatem aded agrè ferens, ut quum Publius cum solito tristiore aliquando vidisset, statim dixerit, Aut Mutio nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni. Suetonius.

C. CALIGULA, non minore livore ac malignitate, quàm superbia sævitiæque, penè adversus omnis ævi homines graf- fatus est, tum claros, tum obscuros. Neque illius tam abjectæ conditionis, tamque extreme fortis fuit, cujus non commo- dis obtredaret. Suetonius.

IN SPECIE. INVIDERE ERUDITIONI.

CALIGULA invidiæ cæstro percussus cogitavit de Homeri car- minibus abolendis. Cur enim sibi non licet, dicens, quod Pla- toni licuisset, qui eum è civitate quam constituat, eiecerit? Sed & Virgili, & Titi Livii scripta, & imagines, paulum ab- fuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit, quòd alterum, ut nullius ingenii minimæque doctrinæ, alterum, ut verbo- sum in historia, negligentemque carpebat. De juris quoque consultiis, quasi scientiæ eorum omnem usum aboliturus, sæpè jactavit, se meherclè effecturum, ne quid rei pondere possent, præter æquum. Suetonius in Caligula.

Arti, Industria mechanice.

TIBERIUS Cæsar magistrum architectona, quod maximam porticum in latu sita procumbentem, uti ruinam minaretur, ingenii sagacitate mira integram restituit, admiratus est, & exortatus, inquit Dion, quo nomine illum pecunia dona- tum, urbe interdixit. Quom autem accessisset supplex, ac quo proclivis fietet compos venit, ex industria vitreum allidisset populum, moxque idem ostendisset ad paros, id est, in fractum, illæsumque, etiam interfecit. Cal. lib. 20. cap. 30. Antiq. lelt. Virruvi universim.

Hebraeorum pontificum nefaria insectatio, Christi regis acta & vitam infantanum, nil aliud fuit quàm invidia, quæ cæcos, & precipites egit, ut quem colere, quem venerari debe- runt, cruci affixerint. Nec impunè vindicata est ea injuria, non solum patriæ excidio, tantaque hominum jactura, quantum nulla unquam vidit ætas, unum in locum gente coactervat; sed perpetuò etiam posteritatis supplicio. Sab. l. 9. ap. 2.

VIROS bonos, qui per virtutem primum locum tenebant, ex invidia oppugnare, Periclem Simmas, Alemaon The- mistoclem, Pompejum Clodius, Epaminondam Meneclides orator. Plin. in præcept. Politicis.

Atheniensium ostracismus Democratæ quidem æqualitatis rutina fuit, verum invidia popularis infestissimum telum. Itaque præstantissimi viri post res feliciter gestas exulare co- acti sunt, Aristides Justus, Themistocles in Perside, Iphicrates in Thracia, Cunon in Cypro, Timotheus in Lesbò, Chabrias in Ægypto, Chates in Sigæo. Athen. lib. 12. c. 14.

SOCRATES mortalium sapientissimus est Delphico oraculo judicatus. Quod nisi Athenæ longè aliter persuasum habuis- sent, nunquam vir justissimus venenum hausisset, publicè dam- natus. Sed quem vivum odit, defunctum desideravit incon- stans civitas. Accusatores enim ejus exilio damnavit, defun- cto staturam in publico posuit. Aded leviter aut odit, aut aiat civilis multitudo. Sab. lib. 1. c. 6.

Græcorum duces ad Salaminem re bene gesta, quamvis con-

A confilio Themistoclis omnia gesta essent; ejus tamen gloria invidentes; ne secundas quidem rei bene gesta partes tribuere voluerunt. Herodotus.

SABINUS Diaconus Gregorii Agrigentini Episcopi, gratitudinis loco quam Gregorio debebat, quod filiam suam a diuturno morbo liberasset, ejus gloriae tantum cepit invidere, ut cum Crescentio collegae Gregorio invidias struxerit. De quibus vide sub Tit. Theologorum septimi seculi.

GREGORIUS Nazianzus. apud Nazianzorum oppidum Cappadociae in patris locum praefectus cum subrogatus esset, maximoque Arianorum turbini resistens, statim invidia gloriam subsequuta est. Obtruncare enim quidam ceperunt, palamque vociferari, Gregorium sedem occupasse, ipsam priorem repetere, ac alium subrogari oportere. Quod ipse animadvertens, cum jam superare posset, cedere maluit, ne caedes aliqua, aut tumultus oriretur. Rufinus 21. Historiae libro.

DEMETRIUS Episcopus Alexand. invidia motus contra Origenem, alioqui amicum, & catechisten suum, quod cum in Acajam pro sedandis haeresibus missus esset, in itinere ab Alexandro Episcopo Jerosolymorum, & Theodotio Caesarea Episcopo apprehensus, in presbyterum ordinatus, omnibus administrationi esse capisset, Alexandrum & Theodotum graviter acerbare cepit, hoc solum Origeni obiciens, quod se Origenes adolecens exercuisset. Origenes ergo de hostili ejus animo certior factus, mansit Caesareae. Euseb. lib. 6.

Prudentia.

Est Caro major, Populi Romani iudicio, prudens appellatus, id enim ejus nomen arguit. Ceterum nemo unquam in ea civitate majoribus est odiis exercitus. Quadragies sex reus causam dixit, estque semper absolutus. Valuit scilicet plus eloquentia, quam humanis rebus dominari, & innocentia, quam omnes inimicorum validissimi conatus. Sab. lib. 1. cap. 6.

Fortitudini.

Cum David a caede Goliath Palaestini revertetur cum Saul rege, qui caelo Goliath castra Palaestinarum invaserat, & illorum maximum stragem ediderat, mulieres Israelides ex omnibus oppidis, cum cantu & choreis regi obviam processerunt, ludentes recinebant. Saul nihil, decem speravit millia David. Quam rem Saul & geritum tulit, quod sibi David praeferebat, tantae virtuti nihil aliud deesse, quam regnum. Itaque cum deinceps exitali prosequutus fuit odio. 1. Reg. 18. Drances Rutulus orator, apud Virgilium 11. Aeneidos.

quem gloria Turis.

Obliqua invidia, similisque agri ab amarum. Apud Amphicyonam (qui conventus fuit totius Graeciae) Ephialtes Lacedaemonius (quem Diodorus Siculus lib. 1. Trachimium fuisse ait) proditoris accusatus est, quod Xerxi Persarum regi, adversus Lacedaemonios Thermopylas oppugnanti, tramitem incognitum, occultum & avium indicasset, ejusque dolo malo factum esset, cui totus Lacedaemoniorum ille exercitus, cum ipse rege ac duce Leonida, in insidiis deductus, hostibusque proditus esse diceretur. Convictum nihilominus pecunia non capite multatur. Invidia id quidem magis (ut opinor) quam legibus, ne si atrociter rem vindicasset, non tam de Ephialtis prodicione, quam de Lacedaemoniorum, ubi fraus aberat, invincibili virtute ac fortitudine pronuntia esse videtur, ideoque totius Graeciae principum ad eos pertinere; in quo tamen perpetua fuit Graecorum omnium inter se, nec non ad eversionem usque misera contentio. An ideo vero, quod in liberis populis raro fit iudicium capitis? primumque in Ateopago actum esse, Plinius notat Navralis historiae lib. 7. c. 56. Herodotus ex Herodoti lib. 6. & ex Strabonis lib. 1. de Situ orbis.

HENRICUS cognomento Ferrus, Comes Holstiae, Regi Angliae Eduardo III. ob virtutem acceptissimus fuit. Urebat illi Anglorum Procetes. Itaque absente rege, apud Reginam conqueuntur, Saxone hunc ignobilem multis nobilibus Anglicis praefertur, cujus ignobilitas vel leonis periculo deprehendi queat. (Hunc enim natura interfocere nobilem sanguinem ab ignobili) Ergo Reginae permisso leu noctu laxatur, ut Henricum ante lucem autas captare solitum aggrediat. Henricus de more feminudus, balneum cum gladio appentium gestans, in gradibus leonem habuit obvium. Ceterum imperterritus: Quiesce, inquit, quiesce serox canis. Ad quod verbum leo ad pedes ejus procuravit, quem ille incolumis reduxit in caveam. Crantz. lib. 9. Saxone. cap. 24.

Magnificentia.

ADRIANUS (qui post ad Pontificatum pervenit, sextus ordine) à sacerdotio parochiali in Hollandia, quo cum Margaria Maximiliani Imp. Rom. F. honorat, & Decanatu Lovanienfi cum collegii Vicenancellariatus magistratu conjuncto ditor factus, nihil mox antiquius duxit, quam Lovanii collegium sub Adriani nomine luculentem adificare, adjunctis praediis, quibus studiosi adolefcens oppreffi inopia cum doctoribus alerentur. Fecit autem parsimonia sua, & sancta frugalitate, ut auctiores sibi essent rerum omnium reditus, & opus institutum feliciter brevi abolveretur. Hoc ipsius ceptum Bernardinus Carvajales Hispanus, inter Cardinales auctoritate, atque opibus insignis, admiratus ob facilem successum, quodam ingenio dolore concepto suspirasse, suaque fortunae indignatus fertur, quod id opus ad laudem sempiternam Decanus hanc planè dives condere fuisset ausus, quod ipse tantus Cardinalis, sicut ab antiquo animi decreto destinasset, non dum inchoare potuisset. Iovius in Adriano VI.

Pulchritudini.

CALIGULA Caesar pulchritus, & comatos, si quos obvios habere, occipito raso eos praè invidia deturpabat. Svet.

Robori.

Occidit Cambyses rex Persarum, fratrem Smerdem, non regni amulatione (quippe, quae nulla esse poterat, uno fratre imperante, altero ad obsequium parato) sed invidia. Attraxerat frater Aethiopicum arcum, ipso rege & regis comitatu aliquantulo validus. Peperit juveni fortissimo lacertorum robur invidiam, ea vero invidia non multo post exitum: admittit ea vis vitam fratri, illi, cuius iussu interfectus est, regnum & vitam omni regno chiaroerit. Sab. lib. 2. ex Herod. lib. 2.

DIOXIPPUS Atheniensis populi Alexandro M. ob vitium praestantiam haud mediocriter charus erat. Hunc cum Horatas Macedo (Diodorus & Helianus Choragum vocant) non male dicitis tantum insectatus esset, sed & ad singularem certamen provocasset, & victus ab eodem fuisset, non modo Macedones popularis sui causam inique tulerunt, sed rex quoque ab eo fuit alienatus, omneque regis amici, & auxilii virtuti ejus invidentes, id tandem excogitaverunt, ut minister quidam poculum aquerent Dioxippi pulvino subijceret. Convivio inito, conqueiri ceperunt de furto patratò, investigantesque poculum ablatum, se invenisse mularunt, cum magno pudore, & probro Dioxippi. Qui magnum concursum Macedonum ad se videns, exiit è convivio, & epistola ad Alexandrum ad se fides in se commissa scripta, manus sibi intulit. Diod. lib. 17. & Sabell. lib. 6. En. 4. & Helian. lib. 10.

Peritia armorum.

Toko gregarius miles Haraldus IV. Danorum regis, inter convivas tanto se sagittandi usu praeditum jactabat, ut pomum licet exiguum baculo superpositum, prima sagitta feriret. Rex in filio periculum facere coegit, ut nisi primo sagitta ictu pomum excuteret, proprio capite inanis jactantiae penas lueret. Toko eò necessitatis redactus, adolecentem monuit, ut capite immoto strepitum jaculi venientis exciperet, faciem item ejus, ne visu telo tereretur, averterit. Tribus deinde sagittis è pharetra depromptis, prima pomum & capite pueri dejecit. Interrogatus autem à rege, cur plures sagittas luppisset? In te, inquit, primae errorem reliquis vindicaturus. Neque liberam vocem rex aegre tulit. Non multo post Haraldus ejus se artis, quo Finii nobiles saltus potentem, peritorem jactante, Toko in consimili genere laudis tunc ausus conferre virtutem, apud Collam ruperit igitur scopuli cacumine consensio, exiguo è saltu credit, lubricaque plantis tabulas adaptando, rapidum in praecipit vehiculum egit, ejusque regimen intrepida manu continuit. Tandem illi cautibus vehiculo excussus, ne in praecipit ageretur, fortuito fragmentorum impeditio obtinuit. Ergo ubi praeter omnium expectationem fortuna magis quam arte servatus est, insidiis regis postea veritus, Svenoam contra patrem rebellantem secutus, Haraldum in sylva ventrem exonerantem sagitta interfecit. Saxo lib. 10.

Opulentia.

ISAAC patriarcha, cum Geraris in Palaestina habitaret, deo benedicente, annuus fruges cum centesimo percipit, & in dies crescebat. Invidia igitur in eum commotus Palaestini, puteos omnes ab Abrahama servis fossos terra compleverunt. Abimelech Gerarorum rex iussit Isaac ab ipsis discere, quod esset longè cis potentior. Genes. 26.

Thesauris. Bello Judaico, in ballami hortum, prope Hierichuntem, sevirere Judaei, sicut in vitum quoque suam: contra defendere Romani, & dimicatum pro fructu est. Serique nunc eam siccus, nec unquam fuit minoris: aut procerior. Plin. 1. 12. c. 26.

In solis Pervanis montibus animal reperitur, colore rufum, hircis Indiae Orientis simile, cornua non habet, herbis salutaribus, quae sunt ibi plurimae, nutritur, fugacissimum est. Lapides Bezares in mariis quoque latent dignitatem, in quo herbas rudinandas reperit. Puer, annorum duodecim, hoc, in vitis Indis, Hispanos admovuit. Is à suis mox fuit sacrificatus. Adhè Hispani invident fua mysteria, quae tamen illi per mulieres, que cum ipsis libidinis causa consueverunt, & quicquid eorum religionis est, intelligunt. Ioan. Metellus.

NEZAMISIO Boemis imperante inventus fuit fons aquis salis scaturiens, ad quem multa opera, falis coquendi, ac novi oppidi condendi gratia, undatim adfluxerunt. Durat in hunc diem oppidum, à fale, Siana vernacula lingua nuncupatum. Ceterum sal brevi tempore evanuit, vel ipsis aquis sua sponte factis insulis, vel hominum potius culpa, aliorum aliis invidentium lautiore fortunam, qualiter tunc Zatecenses affecti fuisse dicuntur, per invidiam Slananibus denunciantes, ne salinas insisterent, alioqui novum opus fe manu violenta inhibuit. Instant operi Slananes, secumque adversarios congressos, plus quam centum interfecerunt. Zatecenses agritudinem animi ex clade acceptam totum annum diffimularunt, quo evoluta, loq de hinc tempore Slananes incautos adorti, fontem salis, robore lignorum, moleque lapidum obstruxerit, & corrumpere, simulque oppido occupato, colonos eò duxere. Dubravus lib. 2.

Donis.

TAXILES Indiae rex, praeter aureas coronas, quas Alexandro Magno, & primoribus dono dedit, octoginta signati argenti talenta regi obtulit. Quae ille Taxili non solum reddidit, sed mille etiam talenta de manibus superaddidit, vasa adhaec ex auro & argento, cum Perficis vestibus, & equis triginta insignibus. Meleager Taxili hoc invidens, supra cenam largiore vino usus, gratulari se dixit Alexandro, quod vitum in India reperisset talentis mille dignum. Rex quamvis iratus hoc tantum respondit, invidios homines nil aliud esse quam sua ipsorum tormenta. Sabell. lib. 6. En. 2.

Apud Naxios, locupletis quidem plerique urbem habitabant, ceteri vero sparsi per vicos agebant. In quodam itaque vico, cui nomen Letstada, Telestogoras habitabat, praedives ac nobilis, multaque apud plebem auctoritatis, cui cum alii complures honores habebantur, tum praecipue muneribus quotidianis civium honorabatur, adeo ut qui vendebant, si quis minoris licetore quam vellent, dicere solerent, se male dono dare Telestogora, quam tanti vendere. Quidam igitur adolefcens cum piscem ingentem licitauerat, ac piscator ex more diceret, se male Telestogora dono mittere, quam tanti vendere, moleste ferentes eadem audire toties, simulata benevolentia, ad Telestogoram adduxerunt emptum piscem. Quem cum ille libenter accepisset, tum ipsum adorti sunt, tum filias jam nobiles construxerunt. Quod factum indignè ferentes Naxii, arreptis armis invadere conati sunt adolefcens praefectus, post arrepta tyrannide patriam opprefferit. Aristot. apud Athenensem lib. 5. cap. 7.

Contra Ricardum II. Anglorum regem juvenem, summa in omnes liberalitate utentem, invidiam moti beneficiorum in dies collatorum alicui quidam, & inter eos duo praecipui, Ioan. Anstieus eques, & Hugo Cartonus, conjurarunt. Sed in dicio prodiit, cum alter alterum auctorem faceret, monomachia decertare iussit, Cartonus ab Anstiejo victus, crumen fassus, supplicio affectus fuit. Polyd. 1. 20. hsf. Angl.

Sucessioni regni.

Moriante Joan. Castulonensi rege, ejus nominis ultimo, superstitis duo filii fuere, Henricus, atque Elizabetha, quae postea Ferdinando Joannem Aragonii Siciliae regis filio nupsit. Cum autem Henricus Elizabethae frater ad procreationem impotens esset, atque ut interdum contingit, verbis cum eo foror contendens dixisset, Etiam invito ipse, fe post eum regnaturaum, tantum ex eo indignationis Henricus concepit, ut statueret omnino operam dare, ne forori quod optabat succederet. Itaque cum Hispanum juvenem conspexisset decora quidem facie, sed humili fortuna natum, nomine Belthramum Cuenam, in regiam eum accipere, ducem Alburchehem creavit, egitque, ut cum regina concuberet. Itaque filiam edidit, cui Elizabethae nomen inditum est. Quae magnorum Castulonensium

si regno, post Henrici mortem, motuum causa exiit, aliis E filiam, aliis fororem ad capeffendum regnum vocantibus. Tandem cum foror viribus superior fuisset, filia in Lusitaniam profugit, retento regio animo, nomineque, est eam, qui diverfas partes fovebant, Belthramicam appellarent. Fulgof. lib. 9. cap. 3.

Mori gloria.

C. JUL. CAESAR secutus Scipionis in Africa superati fugam, cum manus Caro sibi ipsi Uticae intulisset, Invidio, Cato inquit, hoc lethum tibi; namque tu mihi tuam salutem invidisti. Plut. in Apoph.

Sepultura.

AGATHOCLES Syracusiorum tyrannus, Gelonis regis sepulchrum, quod ei ob res praclaras gestas populus obstruxerat, diruit. Diodorus lib. 11.

Praconio, Proclamationi.

Pausanias in Atticis narrat, Athenienses, quod à Pindaro in quodam aemate laudati essent, tanti fecisse ampli illius, ac grandiloqui poetae testimonium, ut & dona ei plurima ob id miserint, & statim in civitate sua staterint. Id fufius edidit in quadam epistola Aechines: Ait enim, illum, cum Atheniensem urbem commendasset his verbis: ἀναστραφείη δὲ ἀδελφούς, ἐν δὲ ἑσπέρῳ ἄδῳ, multatum esse à Thebanis civibus suis, aegre ferentibus, alienis cum potius, quam suis, illam tantam laudem dedisse. Quod ubi recivere Athenienses, confestim miserunt ei diplom ejus pecuniae, quam multae nomine erat exacturus, ipsamque aenea statua ornarunt: ea statua viscebatur Aechinis aetate ante regiam porticum, sedens Pindarus cum pallio, & diademate, lyram tenens, & supra genua apertum librum. Muretus lib. 4. var. lect. cap. 1.

C. JUL. CAESAR aegre ferens Catonem sibi invidium à M. Tulio multis celebratum laudibus, duos libros in eundem scripsit, qui Anticatores inscripti sunt: in quibus omnia prope Catonis vitia collegit, & inter alta ebrietatem, ut maximum probum, illi objecit.

HORATIUS ferre non potuit laudem, ac gloriam antiquorum poetarum. Itaque arte poet. ad Piones Plauti jocos contemnit: Lucillum item ut lululentum rider, ne ipsi quidem Ennio parcat, quamvis id rectius faciat.

Ennius, & sapiens, & fortis, & alter Homerus, Vt Critici dicunt.

Viliorius lib. 15. Variar. cap. 13.

C. CALIGULA Ptolemaum regis Juba F. & accertum è regno, & exceptum honorifice, non alia de causa repente percussit, quam quod edente fe munus, ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae animadvertit. Svetonius.

Erat Esus Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem, & speciem, Coloferos dictus. Hunc idem è spectaculis detractum repente, & in arenam deductum, Thaci & mox hoplomacho comparavit, bisque victorem confringi sine mora iussit, & pannis obitum vicium circumdici, ac mulieribus ostendi, deinde jugulari. Cum quodam die muneris, effedario Porio, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti, studiofius plausum esset, ita fe proripuit è spectaculis, ut calcata licinia togae, praecipit per gradus iret indignabundus, & clamitans, Dominum gentium populum ex se levissima plus honoris gladiatori tribuentem, quam consecratis principibus, aut praesenti sibi. Svetonius.

CYRUS urbis Constantinopolitanae praefectus, terrestrem Constantinopolis murum demolitus, alius duobus intervallis abditis, alium intra sexagesimum diem extruxit. Cujus operis ad pulchritudinem, & festinatam abolutionem obfupescens populus, Imperatore Theodosio in Circo sedente, exclamavit: Constantinus condidit, Cyrus instauravit. Ea propter in invidiam venit, & Graecis rebus studere per calumniam dictus, publicatis ejus bonis, raso capite, Smyrnae Episcopus constitutus fuit. Cedrens.

Dignitati cuiusque.

Defuncto Leosthene, Lamiaci belli duce, & fomite, verentes ejus Emuli, ne dux ad exercitum Phocion missus bellum transigeret, hominem quendam luborantur obcursum, qui exurgens in concione diceret, quod amicus & condiscipulus esset Phocionis, monere se, ut parcerent ei, cum parem non haberent alium; Antiphilum autem exercitui praefecerunt. Id cum

A cum populus Atheniensis probaret, progressus Phocion de-

monstravit, neque se unquam illius condiscipulum, neque aliis notum vel familiarem fuisse. Verum nunc, inquit, ex hodierno die amicitiam, & necessitudinem in eo recum, quandoquidem que a te mea sunt, cumtulisti. *Plut. in Phocione.*

Invidenter P. Val. Poplicola propinquus, Capitolini templi dedicationem Horatio Pulvillo consuli, cui presentem ceremoniam intento, tam atrocem quam saltem de morte filii nuncium inculcerunt. Sed ille five non credit, five religionem privato luctui praelitit: rejecto omine, quod inchoaverat, peregit opus. *Sab. lib. 9. cap. 2.*

JACOBUS III. Scotorum rex cum obscuro quosdam homines, & mechanicos ob artis peritiam ad summos honores eveheret, a Proceribus captus, in arcem Edinburgensem missus est, & Atholæ comiti custodiendus datus, aulici ejus stragulat. Eum Alexander Albanæ dux, germanus frater, Anglorum auxiliis liberavit. Non multo post, cum ob regni affectionem Alexander proscriptus, in Gallia periisset, & rex ad ingenium suum in evehendis, cum injuria nobilium, ignobilibus rediret, conjurati in potestatem suam redacto Jacobo regis primogenito, acie victores regem & regno, & vita exuerunt. *Appendix hist. Scotorum.*

Victoria.

Thebani Epaminondæ ducis sui Leuctrica victoria clari gloriæ invidentes, ei propter continuatum magistratum annuum Beroarchiam dictum causam dixere, & mox, cum contra Alexandrum Thebaliæ tyrannum exercitum comparassent, eum privatum inter ordinarios militare coegerunt. *Pausanias in Boeotia.*

P. Scipio Africanus, & L. Scipio Asiaticus, ob intervallam prædanti Asiaticam a Tribunis accusati, & invidia magis quam argumentis oppressi, sponte sua in exilium Linterni consenuit, hujus bona omnia in publicum a Tribunis redacta, ac dividita, præter pauca, quæ ad usum vitæ cognati, & clientes illi redemerunt. *Sab. lib. 7. Enn. 3.*

ADRIANUS Cæsar adoptatus a Trajano *Vide Tit. seq. Respektu personarum quibus invidet.*

MANUEL Imp. Constantinopolitanus, Conrado III. Imper. Cingentem exercitum per Bosphorum ducenti invidens, comætas sufficientes pollicitus, gypsum contusum farinae immiscuit, coactulque est Conradus re infecta domum redire. Simili fraude Ludovico Francorum regi persuasit, per deserta Syriæ copias ducere. Itaque inopia rerum omnium affectus est exercitus, & Turcorum astutu fatigatus, re infecta per Seleuciam Antiochiam tendens, Palestinam tandem ingressus est, cum multo labore, & damno, multis fame morboque absumptis. *Cuspinianus.*

Cum Reges Bohemiæ, & Ungariæ, zelo religionis, Lituorum terram invaderent, Christianis sacris (quando aliter fieri non poterat) gentem per arma initiaturi, & gentis principes in arce fortissima obsiderent; Luderus Magister ordinis Theutonicoꝝ per Prussiam, vel familiaritate nobilium obfessorum, vel odio regum (quibus ejus terræ dominium invidet) scribit in castra, Prussiam magno Lituorum exercitu vastari, se esse imparem tantis hostium copiis. Reges succurrendum rati terris Christianis, soluta obfessione, in Prussiam magnis itineribus animisque proficiscuntur. Interim obfessa nobilitas Lituorum elabatur. Fratres, ubi regum in se justam indignationem, & sui magistri perfidiam intellexerunt, ipsam magistratu dejectum carceri incluserunt. *Crantz. lib. 8. Vandaliæ, cap. 26.*

ALFONSUS ALBUQUERCUS India prætor omnem fermè otam Indici maris, quæ Indo fluvio, & Cori promontorio definitur, sub Emmanuels regis Lusitanie imperium subjunxerat; Malacom etiam adjecerat, regnum Armuzii armis ceperat, & prudentia stabilierat, Emmanuels regis Lusitanie nomen latissimè propagarat. Ea de causa re optimè erat in Albuquerque animatus. Sed ex Aulicis permulti splendori ejus, & felicitati invidentes; perpetuo aures regis obundeabant, hominemque aliquando dementem, & temeritatis, aliquando vero ambitionis minime ferendæ, atque proditoris insimulabant. Postremo regi persuasum, Albuquerque ad tyrannidem aspirare, vellego invidiam universam sibi subdere, eoque rem deduxerunt, non quidem ut Rex illum non satis magna laude dignum arbitrarerit, sed ut saltem ab India revocandum statueret. Itaque Lupum Suarium Alvarengam illi substituit. *Oforius lib. 10. rerum Emm.*

Triumpho.

CNEIO Pompejo, victo Domitio, capto rege Hiaba, triumpho petenti, obstitit Lucius Sylla, quum diceret, cum honorem consulibus duntaxat, & summis ducibus, qui suis non alienis auspiciis bellum prospere gessissent, decerni solere. Accedere ad id immatura m ætatem xxiv. annorum, cui nunquam Romanus populus talem effat honorem decreverat. Tum Pompejus: Multo plures, inquit, mortualem, d Sylla, orientem venentur Solem, quam occidentem; ad ætatem, quæ sibi exprobatatur, haud dubiè alludens. Obtinuit quidem Pompejus, ut triumpharet, qui ut conspectiore aliquanto apparatu urbem inveheretur, quatuor curru elephantes adjunxit, quod primum omnium Liber pater India victa fecisse dicitur. Plinacchus & Pinius equis invehunt scribunt, quia urbis porta non fuisset belluarum incapax. Magnus inde favor Pompejo concitatus, quod partim illi virenti ætate acciderat, partim quod eques adhuc, necdum per ætatem, in curiam adscitus, insignem triumphum egisset. Torquebatur alieno successu dictator Sylla, sed pudore adductus, ne præsentium juveni favore invidere putaretur, silentium agere; tanta in eo jam sene erat ambitio, ut ne amicis quidem honorem illum impetiret. Satis constar, Lucretium Obellam, cujus præcipua opera in juniore Mario opprimendo fuerat utilis, medio foro intercessisse, quod eo invito in consulatus petitione perseverasset. *Sabotius lib. 3. Enn. 6.*

Nobilitati.

C. CALIGULA invidia motus, Torquato torquem, Cincinnato crinem, & Cn. Pompejo stirpis antiquæ Magni cognomen abstulit. Edium quoque Proculum, formosissimum adolescentem, jugulari fecit. *Suetonius.*

Status.

CALIGULA livore ductus, status virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium Campum collatas, ita subvertit, atque disiecit, ut restitui talis titulus non valuerit. Venitque posthac videntium cuiquam usquam statuum, aut imaginem, nisi consulo se, & auctore, G. poni. *Suet.*

Felicitati, successibus.

SEMPRONIUS GRACCHUS, & Rutillus tribuni plebis Marco Attilio Glabrioni diem dixere, non omnium aut causam, quam quod homo novus tam cito crevisset. *Livius de bello Macedonico, & Volat. lib. 13. c. 2. Ambr.*

CAIUS MARIUS cum in Africa primum, & inde in Galatia multa Syllæ opera consecisset, desitit eo uti, atque incremento ejus anxius, præteritum sigillum, ut eum moliretur. Sicquidem Sylla, cum Marii, qui in Africa bellum gerebat, quaestor esset, legatus ab eo ad Bocchum, captum Jugurtham adduxit. Ibi Sylla ut juvenis ambitiosus, qui modò gustum gloriæ cepisset, non potuit sibi in hoc successu moderari, sed anulo, quem gestabat, effigiem rei gestæ, ut sibi non Jugurthæ fuisset traditus, insculpsit. Hinc offensus Marius, rejectit eum; Sylla autem ad Capitolium, & Metellum transit viros probatos, & a Mario alienos, brevique urbe expulsi & convulsit Marium, cum hic bello civili Romam penè evertisset. *Plut. in præceptis Polit.*

JUL. AGRICOLA legatus Domitiani in Briannia, Scotis Pictisque domitis, maximum sibi virtute bellica nomen comparaverat. Egerrimè terebat Imperator, privati hominis nomen, famam & gloriam supra summum antolli. Quamobrem post multos honores Agricola ienatus consilio decretos, veluti Syria provincia, Attilii Rusti virt consularis morte vacans, ei fuisset destinata, Romam literis accivit, ubi parvo post tempore, Cælaris infidiis (ut constans erat fama) i veneno interit. *H. Boeth. lib. 14.*

Cum Sapores rex Persarum, Mesopotamiæ & Nisibi ubi arma inferret, Constantius Imp. opem ferre cupiens, ac Juliani (quem ipse Cæsarum dixerat, & Helenæ fororis conjugio cohonestat) gloriæ invidens, ob rem in Gallis multoties bene gestam, simulante præfecto Florentio, Decentium tribunum misit, ut Herulos & Batavos auxiliatis abduceret, & cum Petulantibus Cælas, & lectos ex numeris allisi trecentos, ut sibi in Persas proficiscenti adessent. Quos Julianus concessit. Illud verò dissimulare non potuit, et inique ferret, ut ii aliquas patenter molentias, qui domicilium Transilhanensis relicti, cum hoc venerant pacto, ne dicerentur ad partes Tran-

A Transalpinas, verendum existimans, ne barbari, qui sæpè ultro ad Romanos transissent, posthac transire nollent. Sed incassum quæsus est, tribunos præstantissimum quemque selegit. Julianus præfectum Vienna accivit, ut sibi auxilio adesset, & cunctos ex hybernis evocavit. Milites qui in orientem ducebantur Parisiis transierat, ubi adhuc Julianus manebat. Quos ille in suburbanis ad navamdam egregie Constantio operam adhortatus, proceres etiam convivio excepit. Qui liberaliter habiti, dolore duplici anxii discesserunt, quod & a moderato rectore, & genitalibus terris avellerent, hocque angore solliciti, in stativa solita recesserunt. Ineunte verò nocte, in apertum erupere dissidium, incitatisque Palatium periverunt; eoque circumfesso, ne cuiquam evadendi copia fieret, Julianum Augustum horrendis clamoribus appellarunt, coactique expectare, dum illicesceret, ipsum ad se progredi compulerunt. Quem visum iterum Augustum summa constantia salutarunt. Quos Julianus modò indignari se ostendens, modò manus tendens, orate cepit, ne post tot victorias secundifidissimas agerent aliquid indecorum, & materias excitarent seditionum. Permissit inde, ut domos suas repetere, promittens se illud apud Constantium purgaturum. Inde clamantibus universis, ut Augustus esset, assensit coactus est, impositisque suto pedes, & in alium sublatus, populo silente, Augustus renunciatus est. *Signius lib. 9. Imp. occid.*

PENDA Merciorum rex, cui aliena virtus, & omnis laus ex ea nata, semper fuit invidia, permolesit ferens felicem Olvaldi Northumbroꝝ regis sanctissimi successum, innocentia & pietati regis invidere cepit, deque Northumbroꝝ regno occupando cogitare. Secutum odium, hominem impulit ad Olvaldum bello petendum, quem victum tandem interenit. *H. Boethius lib. 9.*

RESPECTU PERSONARUM, QUIBUS INVIDET:

Parentibus.

ADRIANUS Roman. Imp. Trajano Imperatori, a quo adoptatus fuerat, & cui in regno successit, invidisse videtur, quando C & Armeniam, & Melopotamiam, & Assyriam, ab illo acquisitas, Parthis concessit, pontem quoque ab eodem supra Danubium factum delevit. *Volat. lib. 23. Ambr.*

Filiis.

CAROLO IV. Joannis Boemorum regis F. ex Italia cum patre reverso, eximia animi corporisque dotes affuere, decora in corpore formæ dignitas, commoda proceritas, virilis firmitas membrorum, ingenium liberale, come, & totum ad demerendos homines expositum; sine ullo interprete, Latine, Italicè, Gallicè, Germanicè, Boemicè loquebatur. Idcirco etiam nulum cuiusque est officium desuit, & reverentia penè major, quam parenti, superfuir. Quibus ille irritatus, ex Boemia eum in Moraviam cum uxore Blancha amandavit, & non prius Marchionis ibi pectonam gerere permisit, quam fidei sacramentum præstaret, quale præstare consuevit, qui vulgò nunc Vasallus appellatur. Equalem tamen contra Polonos rem gerens vicarium reliquit. Is absente parente, talem se in administrando regno gessit, ut non solum a nemine accusari, sed nunquam satis ab omnibus laudari poterit, adeo numeros omnes rectè administrandi implebat, omnium commodis feruens, ab omnibus acerbissimam exactationem submovens, nullum ipse es alienum contrahens, factiones & discordias ordinum ubique sedans, Regnum denique totum a latrociniis purgans, atque in primis cum Joanne Episcopo Pragenfi providens, ut religio incorrupta fervaret. Pater reversus, simul atque cognovit, multo meliore fama esse filium, quam patrem apud Boemos, rursus a se, ut suspèctum de regno affictando, removendum, & quod vix in naturam patris eadit, filium periculis vitæ obiectandum putavit, in Bavaricam cum expeditionem ablegando. *Dubravius lib. 21.*

Fratribus.

Septem Josephi Judeoꝝ principis Filii Hircanum fratrem octavum, natu minimum, ob generosam, & prudentem indolem, magno profecuti sunt odio. *Joseph. lib. 1. c. 4.*

Amatoribus.

Amalifi olim apud veteres abstergebant loca, in quibus sederant, ne quod suæ venustatis simulacrum amatoribus relinquerent. Quod Soidas vocat *συνήθεια*.

Bruiis.

THEOPHRASTUS philosphus moriens, cornicibus invidisse legitur longævitate, quam natura negasset homini. *Erasm. in Adag. Chil. 1. Cent. 6.*

INVIDIA NULLA. Consule Locum, Studii veritatis.

L. SYLLA Cn. Pompejum ex adolescentia provereit, affurgens ei, & caput aperiens adentui ipsum, tum aliis juvenibus rerum gerendarum subministrando materiam, nonnullos etiam incitando, nolentes, contentione ad laudem, & studio honoris exercitus suos implevit, omniaque sui juris fecit, dum non esse vult solus, sed inter multos, & magnos primus, & maximus. *Plut. in præceptis.*

Nota est vox Caracalli de fratre Geta, a se injustè occiso quem Bassianus præfectus inter divos alicui petiit: Sic Divus, inquit, dum non fit vivus; & fratrem in divos retulit. *Spartianus.*

Epigramma quod in laudem Pescennii Nigri fuerat ascriptum illius statuae ad vivum effictæ, quum præfecti suaderent eradendum, Severus Imp. noluit, dicens: Si talis fuit, sciant omnes, qualem vicerimus: si talis non fuit, putent nos omnes talem vicisse.

EFFECTUS VARIÏ INVIDIÆ.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Invidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum, quia scilicet vidit diabolum hominem in statu felici esse, & ad illum posse ascendere, unde ipse corruerat: idè tentavit hominem, & vicit. *Sap. 2.*

Invidia motus Cain, fratrem suum Abel occidit, quando vidit munera ejus acceptari a Deo, & non sua. *Gen. 3.*

De Isaac dicitur, Benedixit illi Dominus, & locupletatus est homo: ob hoc invidentes ei Palestini, puteos ejus obstruxerunt. Per hoc patet, quòd prosperitas hominis causat invidiam malis, occasionaliter tamen. *Gen. 26.*

RACHEL sterilis forori secundæ invidit. Ecce quòd invidia nec propinquis parcat. *Genes. 30.*

Frater Joseph invidere ei animo pessimo, & crudeli, videntes, quòd a patre plus cunctis fratribus amaretur, & audientes fomina quæ narrabat. Et nota ibidem, ad quantum facinus ex illa invidia proruperunt. *Gen. 37.*

Cum duo viri propheterent in castris, Josue quasi invidens dixit: Domine mi Moyses, prohibe eos: at ille, Quid amularis pro me? *Num. 11.*

MARIA Soror Moysi, & Aaron, loquuti sunt contra Moysen dicentes, Non per solum Moysen loquutus est Dominus: ex quo apparet, quòd invidus non parcat beneficis, vel propinquis. Moyses enim eorum frater erat, & per eum grandem recipiebant honorem. *Nam.*

Percussio Philistæo cantabant mulieres: Saul percussit mille, & David decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit ei sermo iste. *1. Reg. 18.*

Videns Achitophel, quòd non factum fuerat secundum consilium suum, sed magis secundum Chufai, abjens in domum suam, suspensio interit. *2. Reg. 17.*

Edificatis templum filiis Juda, post reditum de Babylone, Gentes quæ erant in circuitu, doluerunt, & eos multipliciter impedièrant. *Esd. 4.*

Audierunt Sanballath & Tobias, quòd venisset homo, qui quaereret prosperitatem filiorum Israel: contristati sunt afflictione magna. *Neh. 2.*

DANIEL superabat omnes principes & Satrapas. Unde omnes Principes, & Satrapæ quærebant occasionem, ut eruerent Danielem ex latere regis. *Dan. 6.*

ALEXANDUS videns charitatem Judæ, & Nicanoris ad invicem, venit ad Demetrium, & dicebat, Nicanorem rebus alienis assentiri, Judamque regis infidiatorem, successorem sibi destinasse. *2. Mac. 14.*

Videntes principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ Dominus faciebat, & pueros clamantes, Hofanna filio David, indignati sunt. *Mat. 21. Luc. 19.*

Frater filii prodigi, audiens festum, quod faciebat pater adolescentiori filio revertenti, indignatus, volebat introire. *Luc. 15.*

Ab Joanne Baptista longè fuit invidia relegata, ad quem cum